Quia si dicta causa in fauorem prædicti D. Ectoris determinatur; in futurũ sub isto exemplo omnes Barones, & feudatarij præfati Regni non iniuridicè pretenderent. Primò quod in feudis ab eis substitutiones fieri possunt, & signanter pupillares, non obstante resistentia communis iuris feudorum in cap. 1. de successione feudi, *& in* cap. imperialem de prohibit. alienat. per Freder. *Et municipalis dicti Regni in* cap. 6. Pragm. 4. de feudis, *& in* Constitution. Divæ Memoriæ. *Ac etiã nõ obstãte, quod in fortioribus terminis fuit pluries in dicto Regno cõtrariũ decisũ, & signanter in dicta causa Comitissæ Cupersani, & Ducis Perdisumi, sicuti supradiximus. Secũdo, quod possunt disponere, non solum de feudis proprijs suis: sed etiam de alienis (cũ per pupillarem de bonis impuberis disponitur,* l. sed si plures, §. ex asse, ff. de vulgar. l. 1. *Cum ibi notatis*: l. cohæredi 41. §. filiæ eodem titulo, *cum concordantibus) quando gratia in dicta* Pragmatica 33. *contenta contrarium disponit. Tertio, quod datur fictio in feudis (quando omni Iure improbatur) Quarto, quod substitutio pupillaris restricta in bonis Testatoris operatur, & se extẽdit etiã quoad bona pupilli, & quod est fortius etiã in illis quæ ei obueniũt nõ solũ ex iudicio, & volũtate disponentis, sed ex prouidentia Principis simul in inuestitura, & concessione contenta, sicuti in omnibus feudis dicti Regni euenit, quæ etsi dicantur hæreditaria, attamen talia mixta, sed non mera sunt, & hoc nõ solum cõtra legem communem feudorum, & municipalem Regni prædicti, prout supra, sed etiam aduersus Ciuilis iuris dispositionem, per quam disponitur, quod pupillaris dicto modo concepta ad bona Testatoris tantum, & non pupilli vires suas extendit, vt Iurisconsultus in* l. ex facto, §. primo, ff. de hæredibus instituendis *clarè determinat. Quinto, quod dicta substitutio potest fieri in feudis in præiudicium vocatorum, in inuestitura (quod est probibitum etiam quando cum qualitate hæreditaria succeditur) & hoc contra text. in dict.* cap. 1. de successione feudi. *Cum concordantibus, & text.* in l. sed si plures. §. in arrogato, ff. de vulgar. *& in* l. si arrogatus, §. an impuberi, ff. de adoptionibus. *Sexto, quod potest substitutus capere ex substitutione pupillare, etiam illa bona, quæ capere ei non est permissum ex dispositione Testatoris contra text. expressum, in* l. si is qui ex bonis 6. ff. de vulgar. & pupillar. substitution. *Vbi qui non potest capere ex testatoris dispositione, neque potest ex pupillari substitutione; ideoque prædictus D. Ector tempore ipsius substitutionis factæ a dicto D. Fabritio Duce Andriæ, non poterat vllo modo capere feuda ex dispositione ipsius, & sic neque potest à pupillo virtute substitutionis pupillaris ab ipso facta, quod est adeò verum quod prædictus D. Fabritius ex suorum aduocatorum consilio, hoc agnoscendo pro indubitato, dixit in dicto suo Testamento*: Et a maggior cautela quatenus la detta substitutione supra li beni feudali, è titulati a fauore del detto signor D. Ectorre potesse patire qualche difetto, &c. *Ecce igitur, quomodo certa sunt supradicta. Attamen his omnibus non obstantibus contrarium prætenditur, fuitque per M. C. Regni præfati determinatum (& si vt vulgo fertur, ex octo iudicibus, qui in votando interuenerunt, fuerunt tres, & quinque) prout per suum decretum apparet, ibi*: Provisum, &c. nec nõ Illust. D. Ectorẽ Carrafa, Ducẽ Andriæ fuisse, & esse illius hæredẽ vniuersalẽ, & particularẽ, tam in bonis feudalibus, quã Burgẽsaticis vigore substitu-

titutionis pupillaris adiectæ in testamento quondã Illustris Ducis D. Fabritij Carrafa Ducis Andriæ, & vti talem potuisse, & posse succedere super omnibus bonis remansis in hæreditate prædicti Illustris quondam Caroli, tam feudalibus, &c. Et respectu omnium prætensorum per D. Emiliã Carrafa Ducissam Magdaluni, quam per eius filias, sint salva iura in iudicio ordinario, verum dictus D. Ector non alienat bona, tam feudalia, quam burgensatica, nec rehemat capitalia inconsulta M.C. sub pœna nullitatis, &c. Et non consignetur copia, neque fides in consulto Sacro Consilio, &c. *Ex quo non solum colligitur, quantum sit bonum ius quod earum mater, & supplicantes fovent, sed clarè patet esse definitum non lege, declaratione, gratia, interpretationeque Regia, sed decreto preambuli dictæ magnæ Regiæ* Curiæ *Vicariæ in dicto quarto gradu esse inclusam lineam ascendentiũ collateraliũ, & posse substitutiones fieri in feudis necnõ omnia alia supradicta, & infra dicẽda.*

7 *Quod ei, est permissum vocare masculum remotiorem, non solum per institutionem, sed etiam per substitutionem, non solum in suis feudis, sed in feudis filij, quod non solum concessum, & permissum (per dictam gratiam in* dicta pragmatica 33. de feudis *contentam) reperitur; imò expressè negatum, prout supra, & infra.*

8 *Quod dicta potestas, seu facultas est eis cõcessa nõ solũ quãdo habent fœminã proximiorẽ immediatam successuram, vocãdo masculum remotiorem, qui erat successurus si predicta fœmina non existeret, sed etiam, quando non fœminam, sed filium, masculum pro immediato successore haberent contra expressa verba gratiæ præfatæ.*

9 *Quod facultas prædicta non pro vnico actu fuit solum pærmissa, & quod facta vna dispositione, seu vocatione expirat, sed ex ipsa possunt plures actus, & vocationes diversorum facere cõtra expres. Text. in* l. boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. significatio. *Cum concordant. &* Bartol. in extravagant. ad reprim. Dec. cons. 215. Socin. Iun. cons. 89. Montan. de regalib. §. fin. num. 7. & 8. *& in* n. 11. *omninò vidẽdus, qui ferè in pũcto loquitur.*

10 *Quod possunt vocare non tantum illum masculum, qui tempore dispositionis erat successurus, si fœmina proximior non extaret, sed qui in futurum, aduersantibus verbis dictæ gratiæ, quæ solum loquitur de tempore dispositionis.*

11 *Et hoc non obstante, quod à Regno predicto in anno* 1617. *petitum fuit à Domino Rege D. Filipo III. quod illud quod ab ipso Baronibus, & feudatarijs fuit concessum in tempore dispositionis, intelligeretur etiam post dispositionem in futurum, & fuit expressè ei denegatum, vt patet ex superius traditis, & à præinserta copia.*

12 *Quod dicta permissio, seu facultas est eis concessa, non solum quando adsunt multæ fœminæ similitèr in gradu successibili, & proximiori, & sic in concursu plurium fœminarum (vt in dicta* Pragmatica 33. de feudis, *ibi:* Disponere delli detti feudi, &c. In beneficio di quel mascolo delle loro famiglie, quale nel tempo della dispositione succederà, non essendoci femina in proximiori gradu, non obstante che ci fossero donne similmente in gradu successibili, & proximiori alli quali possa, &c.) *Sed etiam quando adest vna sola, & in meliori linea, & gradu contra expressa verba gratiæ prædictæ; & quãdo ad plus possunt prætendere (& si cõtra petita, & cõcessa) quod est ei permissum vocare masculũ remotiorẽ successibilẽ, si fœmina non adesset, quando ista tantum esset in gradu proximiori, sed nõ quãdo in meliori gradu, & linea simul existit (sicuti est dicta D. Emilia) cum dicta prælatio masculorũ solum fuit considerata in concursu plurium fœminarum, & si vna sola extat, intra eandem lineã, in qua fœmina extabat in gradu magis proximo, prout clarè colligitur ex gratia prædicta, & quando hoc fuisset dubium, quia dicta Pragmatica hoc non aperit, & nihil dicit, ita, etiam erit intelligenda, quia tanquam exorbitans, & correctoria legis municipalis dicti Regni, & est stricta interpetranda, & debet reduci ad dictum ius, & ab ipso declarari, sed per ius, seu legem feudalem Regni præfati, fœmina in meliori gradu, & linea excludit masculum, & solum ab ipso, quando est in dicta linea, secus si in diuersa minus priuilegiata excluditur.* Andreas in prœmio constitutionũ, col. 1. Anna, in constitutio. constitutionũ diuæ memoriæ, Molina pulchrè in cap. 4. n. 5. lib. 3. *omnino videndus in proposito.* Minadous in verbo. textus constitutionis, n.

71. fol. 54. Napodan. in consuet. si moriatur vers. & omnia verba in masculis, numer. 119. à 120. Elliotta. in suis clausulis feudalib. conclus. 22. numer. 3. Valenzuela in consilio. 93. numer. 5. cum sequentibus parte, & alios refert Fabius Capicius Galeota, libr. 1. capit. 48. & infiniti alij: ergo sic intelligi debet gratia prædicta, aut ad minus, tanquam dubia, & obscura est declaranda, & interpetranda, à solo Domino Rege.

13 Quod prædicta est eis facere permissum etiam nihil relinquendo fœminis proximioribus (exclusis per vocationem masculorum) nuptis existentibus (sicuti in casu nostro, in quo dictus D. Carolus nihil reliquit prædictæ D. Emiliæ nuptæ, ob vacationem dicti D. Ectoris) & hoc contra clara verba gratiæ præfatæ, ibi: Alle quali, donne &c. stabilire tanto quanto li parerà per sua dote, o essendo maritata, per amarevolezza di donarli, e lasciarli, &c.

14 Quod dicta facultas vocando masculum remotiorem, successibilem si fœminæ in gradu proximiori non extarent non solum eis est permissa intra tertium gradum, sed etiam intra quartum quando tempore concessionis gratiæ prædictæ quartus gradus non erat adhuc admissus in successione feudorum in Regno prædicto, sed solum tertius, cum dicta prima gratia, ex qua fuit concessa facultas prædicta, cum expressa restrictione ad solum tertium gradum fuit in anno 1595. & admissio quartus gradus (in quo prætendit (etsi iniuridicè) præfatus D. Ector tanquam patruus magnus inclusus esse) fuit ex gratia, de anno 1655. & sic 60. ann. post.

15 Et hoc non obstante, quod per dictam gratiam non fuit prorogata vltra prædictum tertium gradum successio provt legitur in verbis ipsius, ibi: che per questo non si proroghi la successione più di quello che si contiene nelle costitutioni, capitoli del Regno, è grazie fatte da V. Mag.

16 Et hoc etiam non obstante, quod in dicto anno 1617. per dictum Regnum petitum fuit præfato Domino Regi D. Filipo III. prædictam gratiam nempè, quod dicta dispositio possa farsi a beneficio di persona della famiglia ancorche non fusse in grado successibile (quod esset presens casus noster) & ei denegata fuit, nec ab vllo alio Domino Rege concessa reperitur, cum in prænarrata gratia de 1655. hoc ei non conceditur, provt supra, & infra demostrabimus.

17 Quod dicta facultas non solum eis fuit impartita favore masculorum existentium intra tertium, & quartum gradum, scilicet, quando fœmina, & masculus ambo sunt in tertio gradu comprehensi, vel ambo in quarto sed etiam eligendi masculum in dicto quarto gradu existentē (sicuti est dictus D. Ector patruus Magnus de linea collaterali ascendenti, & exclusa) & excludere fœminam proximiorem quæ in tertio gradu & meliori linea existit (provt in præsentiarum inuenitur dicta D. Emilia) quod per dictam gratiam vllo modo cōcessum fuit, imò de contrario expressè cautum.

18 Cum per dictam gratiam de anno 1595. hoc non inuenitur concessum, vt supra, imò expressè per aliam de dicto anno 1655. factam probibitum fuit cum ex ista eis impartitam dictam facultatem vocandi intra dictum quartum gradum admissum, masculum remotiorem exclusa fœmina proximiore expressè non extitit (provt eis permissum fuit ex dicta gratia de 1595. intra tertium gradum tantum) & tamen necesse erat ad hoc, vt illa vti potuissent. Sed tantum per ipsam fuit ampliata successio fœudorum in Regno præfato vsque ad quartum gradum, provt antea extabat in tertio, & hoc tam fauore fœminarum, quam masculorum tam descendentium ex fœminis, quam ex masculis indistinctèr, & aqualiter absque vlla exceptione, aut prælatione ibi: Habilitandolas à la dicha succession indistintamente. Non obstante quacumque alia lege, seu pragmatica quæ in contrarium disponeret ipsas derogando, ibi: Assi varones como hembras, derogando, en esta forma a qualquiera pragmatica, constitucion, ò otra qualquiera ley Real, ò municipal del Reyno, &c. & alibi: Derogamus cuique Pragmaticæ constitutioni, aut alteri legi Reali seu municipali prædicti Regni, &c. quæ excludat ampliationem præfatam. Et sic non solum per dictam gratiam fuit intra quartum gradum prædicta facultas concessa, & ampliata; imò fauore fœminarum restricta, & derogata dicta Pragmatica 33. & hoc ex voluntate totius Regni, & præcedente ipsius suplicatione, præcibusque, cum solum petijt, & voluit, quod fœminæ, & masculi indistinctèr comprehenderētur in successione feudorum in dicto quarto gradu admisso existentes, & non vt fœminæ per masculos remotiores excludantur, & vocare ad successionem istos exclusis fœminis, ex eo quia ad dictū Regnū, prius solū extabat extēsionem successionis vsque ad quartū gradū concessum favore masculorum descendentiū primi adquirentis, ibi: Entre las quales es vna la ampliacion, y extension de la succession en los feudos hasta el quarto grado inclusivè, siendo varones descendientes del primero adquiriente: Attamen Regnum prædictum denuò suplicauit ibi: Y en quanto a la primera (quæ est prædicta) se comprehendiessen tambien en ella las hembras descendientes de varones, ò hembras, estando siempre cierto los suplicantes de la Real benignidad con que V. M. ha de hazer las mercedes muy cumplidas, con la interpretacion mas fauorable, &c. & infra, ibi: comprehendiendo assi los varones &c. como las hembras, &c. habilitandolas a dicha succession indistintamente. Et sic non solū non petijt prælationem masculorum, & exclusionem fœminarum; imo admissis masculis tantum in quarto gradu existentibus per dictam primam gratiam, Regnum preces porrexit dicto D. Regi, vt etiam fœminas sicuti masculos ad dictam successionem indistinctèr admittere dignaretur, & sic ei impartitum fuit

fuit. Vnde meritò si contrarium determinaretur, & diceretur fuisset non solum secundum petita à præfato Regno, & à dicto Domino Rege concessa, sed de directo contra ipsa, ex quibus incontrouertibilitèr patet eligere masculum remotiorem exclusa fœmina proximiori feudatarij non posse, sed omnes æqualitèr vocare ad successionem prædictam (saltim quando masculus in quarto gradu, & fœmina in tertio extitit. Et sic dicta D. Emilia exclusa esse non potuit virtute prædictæ pupillaris substitutionis in favorem præfati D. Ectoris factæ.

19 Etiam prætendunt, quòd per dictam gratiam de 1655. per quam eis concessum fuit facultatem fundandi maioratus; sit etiam permissum dictam pupillarem substitutionem facere.

20 Et hoc quando prædicta potestas fundandi Maioratus in suis feudis fuit restricta infra terminos tamē successionis permissæ, vt supra, sed sic est, quod supradicta successio vsq; ad quartū gradū per dictam gratiam erat permissa tam favore masculorum, quam fœminarum indistinctèr; ergò vllo modo fuit per ipsam concessum posse per maioratus, vel per dictam substitutionem supplicantes, & eorum matrem proximiores, excludere, ex eo quia maiorotus semper ad proximiores, defertur, ex traditis, per Molin. de Primogeni. Hispanor. lib. 1. capit. 3. num. 13. qui ibidem: in numero 11. Etiam dicit, quod in maioratu, non ex testamento, & iure hæreditario; sed iure sanguinis succeditur.

21 Et hoc tanto fortius, quia dicta verba permissionis, seu concessionis fundandi, ibi: Ac insuper concedimus, &c. Fuerant continuatiuè, ampliatiuè, & consecutiue ad alia verba, nempè, tam virorum, quam fœminarum prolata, & non absolutè, principaliter, & de per se, & sic sunt de iure intelligenda, declaranda, & restringenda circa præmissa tantum, cum dicta clausula, ac insuper, &c. hoc importat, Barbos. de clausul. diction 166. n. 3. omninò videdus. Vltra, quod si contrariū diceretur, daretur in continenti, correctio, & retractatio in Domino Regē, nēpè admittere in præcedentibus verbis ad successionem, tam fœminas, quam masculos indistinctèr, & postea statim concedere, quod per maioratus potuissent feudatarij per masculos fœminas excludi, & sic non indistintèr ipsas esse habilitatas, & admissas, quod est absurdissimum, & absurda euitanda sunt, l. nam absurdum, ff. de bonis lib. l. in diem, ff. de conditionib. & demonstration. Vrsin. de success. feudal. part. 2. quæst. 2. art. 1. numer. 28. versic. Secundum quia, in medio, & in fine d. Barbos. vbi supra. Axioma 2. per totum, Casanat. in consil 38, num. 29. sine desidia legendus, quia ferè quasi in nostris terminis loquitur.

22 Ideo dicendum est, concessum tantum fuisse facultatem fundandi Maioratus, regulare infra terminos tamen successionis permissæ, vt supra, & non irregulare, & agnatitium, tanto magis quia pro isto fundando non sufficit, simplex facultas, sicuti est præfata, per dictam gratiam concessa, ibi: Quod quilibet eorum possit fundare maioratus in suis feudis infra tamen, &c. sed esse debet cum clausula quē maioratus institutor eligere voluerit, & qua forma voluerit; & tunc ex effectu, talis clausulæ posset (qui aliàs habebat facultatem faciendi maioratum) excludere fœminas, secus si concessio Maioratus sit in forma ordinaria: sicuti nostra est, quæ habet aliquid plus, quia continet limitationem infra terminos successionis permissæ) provt ita distinguendo dixit Molin. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 5. num 6 Vltra quod dato, & non concesso, imò expressè negato, quod dicta facultas fuisset instituendi Maioratum irregularem concessa, attamen non esset permissa (prout alibi diximus) substitutio pupillaris & hoc non solū ex pluribus iuris communis conclusionibus, & quamplurimis rationibus (sed quia expreßè hoc legitur, & determinatur, per dictam gratiam) & sic omnis quæstio cessat, cum sit certum quod quando testator seu legislator metipse se declarat, & explicat, quia voluit, & intellexit dicere nos eum declarare non debemus, nec erit permissum eius mentem interpetrare. Videamus nunc, si sub facultate prædicta fundandi Maioratus, quam concessit Dominus Rex voluit etiam permittere, & dare potestatem feudatarijs facere posse pupillares substitutiones, & certè inuenimus, quod non, quia postquam dixit: Quod quilibet eorum possit fundare maioratus addit: in feudis suis, & per pupillarem in feudis alienis substituitur, nempe pupilli, & attamen prædictus Dominus Rex magis clarè se explicauit, & mentem voluntatemque suam declarauit, nempè quod non voluit vllo pacto comprehendere prædictam pupillarem substitutionem sub illa facultate concessa Maioratus fundandi, sed tantum fideicommissum per quod succeditur Testatori in bonis proprijs (ideo dixit in feudis suis) & nō pupilli eius bonis etiam, l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de vulgar. l. vnum ex familia, §. 1. ff. de legat. 2. DD. in l. herædes mei, §. Cum ita ff. ad Trebell. innumeros colligunt Fusarius in tract. de substitut. in quæst. 224. Peregrin. de fideicommissis, artic. 20. & Intrigli. de substitut. cent. 3. quæst. 38. num. 4. quibus addo citat. Molin. in cap. 1. à num. 16. lib. 1. Cum statim quod dicta verba protulit, continuando dixit: Ita vt restitutionis, seu fideicommissi onus, ex quibus clarè patet, quod declarando, quid dicere intellexit quando dixit: Quod quilibet eorum possit fundare maioratus, dicta alia verba profertus fuit, itavt, &c. nempe fideicommissum, & est certum, quod dictū verbum, itavt importat, & continet dictionem declaratiuam præcedentium per subsequentia sicuti, Bertazzol. & Barbosa. in tract. de clausulis, dictio. 179 & melius in diction. 184. numer. 3. & 4. & hic omninò videndas, dicunt, & est communis DD. sententia sed verbum subsequens, prædictorum fundare maioratus est itavt restitutionis, quod est obliquum, quod nullo pacto directū fieri potest in pupillari, & eam continere, & sic noluit Dominus Rex ipsam concedere, seu comprehendere, sub illis possit fun-

da-

dare maioratus & tamen licentia, seu facultas data ad faciendum maioratus, debet interpetrari secundum intentionem concedentis, Mieres de maiorat. parte prima quæst. 8. num. 28. Attamen, omnis controuersia cessat si consideretur, quod post omnia præfata ad maiorē abundantiam, & declarationem dicta alia verba nempe, seu fideicommissi onus, Dominus Rex protulit post supradicta, & sic de quo disputamus quando verba fundare Maioratus per D. Regem intellectū fuit pro restitutionis, seu fideicommissi onere, & sic de substitutione obliqua, & indirecta secus vero de directa sicutò est pupillaris, quæ nunquam sub fideicommissaria comprehendi, & effici potest; nec actus in feudis qui non valet, vt agitur, valebit aliomodo, sicuti valere possit in Burgensaticis. Montan. in l. Imperialē, n. 209. & 234. post Andreá in cap. 1. §. post refutationē n. 5. de vasall. qui contra cōstitutionem. Lothar. & in cap. 1. quo tēpore miles, num. 12. vbi Liparul. Ioann. Angel. Pisanell. & Marcellus. Maurus allg. 15. numer. 7. & Iacob. Ant. Maur. allegat. 16. Ac etiā quia per dictam gratiā non dispensavit Dominus Rex Pragmaticam 4. de feudis cap. 2. 4. & 6. per quam erat prohibita omnis substitutio in feudis, vbi Rouit. pulchrè in prima allegat. n. 81. Et sic cum sit dispensatio est stricti iuris; & ideo de casu ad casum, etiam vbi maior ratio militat extendi non potest. Molin. lib. 2. capit. 4. n. 48. Pulchrè omninò vidēdus dictus Mieres de maioratu, parte prima, quæst. 2. num. 62. cum pluribus seqq. Tanto fortius, quod per pupillarem non imponitur onus restitutionis seu fideicommissi; in favorem substituti, sed iste tanquam pupilli hæres illo succedit ex Testamento quod ipse fecit per organum patris, qui iure patrio, ciuili lege (sed non feudorum, & 12. tabularum) permittēte pro filio testamentum facit, cum duo sunt testamenta vnum patris, & aliud filij (sicuti aduersarij aiunt, & acerrime contendunt) & sic substitutus tanquam primus hæres institutus per testamentum filij à patre factum vt supra (& ò vtinam contrarium dicerent) ipso succedit in bonis suis etiam; quibus stantibus vllo pacto dici potest quod pupillus (per substitutionem prædictam) ex onere à patre in suo testamento ei iniuncto tenetur ex fideicommisso substituto solum bona sibi relicta restituere, & tamen maioratus, non ab vltimo possessore, sed à primò institutore deferuntur, ita dictus Molina in tractat. de Hispan. primogenit. libr. 1. cap. 8. num. 2. 3. & seqq. tradit, & in num. 10. ibidem. dicit quod maioratus, respectu primi institutoris, iure hæreditario, respectu autem vltimi possessoris iure sanguinis deferuntur, & sic benè D. Carolus iunior potuit succedere dicto Duci D. Fabritio, suo patri, disponenti, tanquam suus hæres, sed prædicto D. Carolo vltimo feudorum possessore, secus D. Ector præfatus, cum ex iure sanguinis, solum ipsi succedere potest, & debet dicta D. Emilia, tanquā in 3. gradu magis proximo existente & in meliori linea, & suplicātes, ex suprafundatis in n. 7, & alibi.

Vnde meritò concludendum erit, quod vllo modo in dicta gratia de 1595. ac nec etiam in præfata alia de 1655. Domini Reges facultatem feudatarijs pupillaritèr substituendi concesserunt, sed in ista vltima serenissimus D. Filippus IIII. licentiam fundandi maioratus, sivè fideicommissum, tantum eis dedit cum idem importat etiam iuridicè Maioratus, quam fideicommissum, vt colligitur ex Apostilla in principio dictæ Pragmaticæ 34. & ex text. in l. cum ita legatur, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. & in l. peto. §. fratre, ff. eodem. dictus Molin. in lib. 1. cap. 1. num. 7. qui quammultos Authores alleg. Parlador. in sua opera quotidian. different. 18. n. 1. (& si in aliquid, differunt ad casum nostrum non est pertinens, vt ibi est videndum.

Ideò geminatè per predicta verba obliqua, supradicta denotantia Dominus noster Rex, explicando verba fundandi maioratus, &c. dixit: Ita vt restitutionis, seu fideicommissi onus &c. Et consultò verba directa vel communia, contrarium exprimentia reliquit, cum certum sit, quod facultas ad maioratum instituendum concessa in aliquibus expressis, in alijs non expressis censetur denegata, Mieres de maiorat. parte prima, quæst. 2. num. 107.

Sed omnia prædicta magis evidentia, & incontrouertibilia fiunt si consideramus, primo, quod D. Carolus iunior vllam substitutionem, maioratus, seu fideicommissum fecit, nec facere ob suam infantiam potuit sicuti citat. Mieres in fortioribus terminis in dicto tractatu, parte prima, quæst. 1. num. 298. & seqq. dicit. Secundo quod Dux D. Fabritius, nec etiā cum tantū fecit suū testamētū vbi filiū hæredē instituit, & pro dicto suo filio fecit aliud, per quod fuit à dicto Duce D. Carolo hæres institutus (etsi nullitèr) præfatus D. Ector, vt supra. Tertio quod electus non censetur capere maioratus successionem ab eligente, sed à primo institutore, Molin. lib. 2. cap. 4. num. 5. & hoc etiam si vltimus possessor est qui successorem eligit prout firmant Additionat. ad dictum Molin. ibidem in dicto num. 5. & 6. Quarto, quod, maioratus nunquam fundatum censetur, nec esse dicitur (quando non fuit dictum; & expressum, quod bona perveniant ad primogenitum, nec fuit prohibita alienatio, nec adiecta conditio ferendi arma familiæ, nec facta distintio lineæ, sexus, gradus, & ætatis) constitutum, fundatumque, provt elegantèr dicit omninò videndus Cafanar. in consil. 45. numer. 175.

Ac etiam absque vlla quæstione, & controuersia omnia prænarrata locum habent, si benè perpēdimus, quod præter predicta in pluribus alijs differunt substitutio pupillaris, & maioratus. Primo quia maioratus fit omnibus honoratis, Molin. in dict. lib. 1. cap. 1. numer. 8. sicuti fideicommissaria, l. ab eo, C. de fideicommissis. Pupillaris vero non nisi liberis impuberib. in potestate, Fusar. quæst. 87. & 88. Intrigliol. de substitut. centur. 1. quæst. 61. Fideicommissaria potest fieri in re certa, sicuti maioratus, Molin. lib. 1, cap. 4. Institut. de sing. reb. per fideicommiss. relic. l. cogi. §. si miles, & §. generaliter, ff.

ad

ad Trebellian. *& toto titul.* de legat. Fusar. quæst. 267. *post DD. omnes in* l. centurio, ff. de vulgar.

3. *Fideicommissaria fit vnico testamento, imò vnica dispositione, & vnico verbo, omnes substitutiones fideicommissariæ gradus comprehenduntur, dict.* l. cohæredi, §. qui discretas, ff. de vulgar. *cum concordant.* l. & in epistola. C. de fideicommis. *Sicuti etiam maioratus vnica dispositione, imò vnico verbo potest omnes successores ordine successiuo vocare*, Molin. *citat. in dicto* libro primo, cap. 4. num. 16. *Pupillaris non nisi duplici dispositione fit*, l. 2. §. prius. & §. quisquis. Intrigliol. quæst. 61. numer. 120.

4. *Fideicommissaria, seu maioratus fit in vero patris testamento, pupillaris, in ficto testamento*, ex Bartol. in l. Papinianus, §. sed nec impuberi. ff de inofficios. testament.

5. *Fideicommissaria, & maioratus fiunt tantum honoratis ex dicta* l. ab eo, C. de fideicommis. & Molin. in dicto cap. 1. num. 8. *Pupillaris etiam exhæredatis*, l. ab exhæred. ff. de legat. 1. §. exhæredato, institut. de pupillar. l. 1. §. substituere, ff. de vulgar. *cum concordant. & quã plurimæ aliæ differentiæ adsunt, & sic dicta facultas instituendi maioratus à dicto Domino Rege concessa, tanquam assensus, vel hominis, vel legis, non est extendenda de casu ad casum, neque de re ad rem, ideo non ad pupillarem substitutionem, sicuti in proprijs terminis, facultatis, fundandi maioratum concessæ præsertim super bonis feudalibus, quod sit propria, & vera dispensatio, & ideo restringenda probavit dictus Consiliarius* Roccus, *qui vnus mentionem, dictæ gratiæ, seu concessionis anni* 1655. *quæ extat in dicta* Pragmatica 34. de feudis *fecerit*, in tractat. de offic. rubric. 13. §. 9. adducendo, etiam Molin. Couar. Tell. Mattienç. Mandos. & alios. Mieres de maiorat. part. 1. quæst 3. num. 62. *cum pluribus seqq.*

Attamen supradictis, & alijs non refragantibus, si dicta causa in favorem prædicti D. Ectoris determinatur, omnia superius, tradita, & maiora feudatarij, & Barones, Regni præfati in posterum iustè pretenderent, ab eis fieri posse; & quod plus, est etiam esse insimul admissos, & cõprehensos in successione feudorũ ampliata, & extensa in dicto quarto gradu inclusivè, Avunculum, Materteram, (etsi isti in tertio gradu, attamen in illo non comprehensi, nec vsque adhuc ad dictam successionem in dicto Regno admissi, vt supra probavimus) Patruum magnum, Avunculum Magnum, Amitam magnam Materteram magnam, & omnes alios ascendentes collaterales in dicto gradu existentes, absque quod nouis alijs gratijs, seu Regijs declarationibus, concessionibusque indigerent, & hoc non solum cõtra expressa verba, prædictarum gratiarum, & mentem, voluntatemque dictorum Dominorũ Regum, sed contra omne ius, cum in successione feudorum nunquam veniunt, & censentur admissi, seu considerati collaterales Ascendentes etiam, quod sit admissus, & habilitatus ad ipsam aliquis gradus inclusivè, provt de tertio gradu, disputando ad partem materiam, & pro veritate negotij, in valde fortioribus terminis quam nostris ita concludit, Glos. Regni in constitution. vt de successionibus in verbo iniuriam nullus, *vbi postquam adducit omnia argumenta, quæ fieri possunt pro inclusione, & comprehensione ascendentium (& quod plus est, & admiratione dignũ etiã patris) cũ contraria opinione resilet nempe quod nõ sunt cõprehẽsi, nec succedunt in omnibus feudis, tam nouis, quã antiquis, ibi:* Ex aduerso cõtrà ascendentes faciunt iura expressa, & argumenta, ET RATIONES. Et primum Casus legis est expressus in collat. 10. de vsibus feudorum, vbi dicitur, quod in successione feudi talis est natura, vt ASCENDENTES non succedunt, &c. *& inferius*: Item contra ascendentes est constitutio præsens, quæ certos gradus, lineas, & personas vocat ad successionem in feudum, vt patet ex feriæ literæ, & cum in eis non numeret lineam ascendentem nemo ipsam ambigat excludendam, vt probatur, C. de secund. nupt. l. 1. ad fin. C. de incest. nuptijs, l. si quis incesti. Cùm enim constitutio ista sit permissoria certarum, scilicet linearum, & personarum, vt diximus, prohibet ergo in ascendendentibus, & cæteris, quos omitit, vt ff. cuiusque vniuers. vo. l. nulli. illi, l. 3. §. in summa, &c. Adeo, quod talibus quibus lex deficit, nec vtilis actio danda erit, vt ff. solut. matrim. l. si vero §. de viro, sic è conuerso dicimus, quod quando edictum est prohibitorium super certis, permittit in cęteris, *&c.* Item est contra ascendentes, *&c. & postea*

magis restringendo, materiam, & casum nostrum, postquam quam multa, alia argumenta leges, & rationes adduxit pro exclusione ascendentiũ, non solum in suo themmate proposito sed generaliter, & absolutè continuando dicit ibi: Et beneficia Principum, licet plenissimam interpretationem recipiant, *&c.* Tamen non debemus extendere de casu ad casum de quo non est verisimile Principem cogitasse (*O Aurea Verba*) vt habetur, ff. de vulgar. & pupillar. substit. l. ex facto circa princip. *&c.* Nam non videtur Princeps voluisse quando concessit feudum, quod ascendentes succederent contra communem votum Parentum, vt dicit notabilis lex, quæ determinat quæstionem, ff. si quis omis. caus. Testat. l. Iulianus in fine, & ista irrefragabilis ratio forte mouit illum legislatorem qui statuit in lib. de vsib. feudo. quod natura successionis feudi est, vt ascendentes non succedant. Displicet, ergo, illorum sententia, qui ascendentes in hac parte ad successionem admittunt, vtpotè opposita, dicto voto, vt ff. de conditionibus, & demonstrat. l. cum talis in princip. *Et post prædicta, continuando præfatam materiam, respondet singulis argumentis, quæ pro contraria opinione adduci possunt, & ponderari, & prope finem concludit dicendo:* Et ita non notat hic differentiã inter noua, & antiqua feuda, & dicta Glos. in verb. Habeant dicit. *ibi:* Nã patruus est ommissus in hac constitutione, quæ permissoria est, scilicet, certos admittẽs, &c. & alios prohibens; ergo patruus est prohibitus, &c. Quia si aliud voluisset constitutio aliud dixisset, & quia quæ notabiliter fiunt, nisi specicialitèr exprimantur, censentur neglecta vt ff. de iniur. l. item apud labeonem, §. hoc edictum, &c. *Quibus diligentèr attentis, ac etiam consideratis verbis, prædictæ gratiæ, ac omnibus alijs in themmate considerandis, & signantèr quod ascendentes non fuerunt expressè vocati, nescimus quomodo possunt adversarij dicere D. Ectorem Patruum Magnum ascendentem Collateralem, esse comprehensum in dicto quarto gradu inclusivè ad successionem admisso, quia nullus locus remanet, nec dubietati, nec interpretationi, cum sit clarum, clarissimumque non solum non esse comprehensũ imò expressè per dictam gratiam exclusum. Eo magis si consideramus, quod incipiendo a Serenissimo Domino Rege D. Ferdenando Catholico, omnes Maiestatis Vestræ Prædecessores in similibus casibus contigentibus gratias ab alijs Dominis Regibus concessas, seu leges municipales feudorum Regni præfati concernentes materiam prædictam ipsi soli interpretauerunt, & strictè declarauerunt, aliquando negando aliquando de nouo aliquid (sed non omne) concedendo, cum præfatus D. Ferdinandus, confirmando, quod cõmuniter dixerunt DD. Regniculi declarauit* constit. vt de successionib *quæ successionẽ in dicto Regno, vsque ad tertium gradum inclusivè (cum vlteriorem exclusit extendidit, ampliavitque) non comprehendere Patruum, attamen ad praeces Regni prædicti, ipsoque instante, & suplicante, solã personam dicti patrui ex noua gratia admisit, declarauitque esse in dicto tertio gradu, admisso per prædictam constitutionẽ inclusam. Sed noluit declarare amitam etiam in illo esse comprehensam, ita Rouitus super* dictam Pragmaticam 11. de feudis, num. 8. & 9. *& sic postea petijt inclusionem, & habilitationem dictæ amitæ in successione prædicta Regnũ præfatum dicto domino Imperatori D. Carolo Quinto, qui ex noua gratia etiam solam istam declaravit, dictam constitutionem comprehendere, & ampliauit dictam feudorum successionem ad fratres patrueles masculos descendentes ex masculis, ex communi stipite, & declarãdo suam mentem in dicta causa Ducatus Ferrandinæ dixit, non fuisse habilitatum, & admissum fratrem patruelem masculum descendentem ex linea Masculina, &c. ad successionem sororis patruelis descendentis eodem modo sed tantum si fuisset masculus patruelis, &c. successor, & etiam masculus ille, ad quem succedere deberetur (vt in num. 26. supra) & noluit cõcedere gratiam petitam, nempe quod successio prædicta extenderetur vsque ad quartum gradum.*

Et Dominus Rex D. Filippus II. nec etiam dictam gratiam Regno prædicto impartire voluit etsi ab ipso fuit pro illa suplicatum, sed solum concessit quod in feudis novis emptis tantum, non obstante investitura pro se & heredibus, ex suo corpore descendentibus, &c. (ex qua soror & frater non erant comprehensi) isti admitterentur, dummodo tamen emptor successores non habuisset, & nec etiam voluit prædicta concedere etsi de illis a Regno præfato suplicatum fuit, Dominus Rex D Filippus Tertius sed tantum concessit præfatam altam gratiam, nempe posse feudatarios masculum remotiorem, &c. exclusa fœmina proximiori, &c. intra tertium gradum vocare ad feudorum successionem, vt omnia ex Pragmaticis 11. 12. 18. 22. & 33. de feudis, *clarè patent.*

Cum Domini Reges prædicti voluerunt eis & posteris suis relinquere, quid concedere, & feudatarijs Baronibusque, & eorum successoribus quid petere.

Magnus verò Dominus Rex Don Filippus Quartus gloriosæ memoriæ cum sua Regali, & incomparabili munificentia cõcessit in dicta gratia de 1655. plus ille solus, quã omnes alij prænominati Dñi Reges, simul, & hoc intelligendo de admissione 4. gradus in linea descendente collaterale, cũ de ascendente nũquã, nec à Regno prædicto fuit petitũ nec a Dño Rege concessum, ex prænarratis, & patet ex lectura dictæ Pragm. 31. de feudis, *& ideo ita dicendũ est, quia si concederetur quod etiam linea ascendens transversalis esset in dicto quarto gradu admissa, & contenta non fuisset in isto, sed in septimo, & vltra ampliata successio, cum dicta linea de iure communi feudorum, non quando, ad quartum gradum; sed quando ad septimum fuit extensa dicta feudorum successio fuit inclusa, vt supra.*

Tanto magis quod si Maiestas vestra prædicta concederet, & permitteret, vel causa prefata in favorem

vore n dicti D. Ectoris decideretur, & ipsa; & sui successores parum, aut nihil amplius de cætero Baronibus dicti Regni, circa materiam declarationis, ampliationis successionis feudorum, quid concedere habuisset, quod secus esset si aliquando declararet (concedendo) nouam gratiam, quod solus Patruus magnus in dicto quarto gradu esset comprehensus, aliquando Amita magna, & sic de cæteris, prout alij Domini Reges fecerunt in Patruo, et Amita, in tertio gradu existentibus, & de patruelibus in quarto, & non comprehendere tot casus, & tantas personas in vnica sola gratia, quando in illa de iure comprehensi non sunt (provt supra fuit ostensum) & dixit citat. Rovit. in dict. Pragm. 11. de feudis sub num. 9. ibi: Reges enim huius Regni, licet non dedignati sint diversis temporibus successionem feudorũ ampliare, tamen eorum mos semper fuit per ampliationes non includere gradus, sed personas tantum in ampliatione expressas, quod inconcussum apparet, non solum ex gratijs superius enunciatis, sed etiam ex proxima relata, & concessa per Cæsaream Maiestatem in anno 1536. nam dum ibi fuissent præces porrectæ nedum pro includẽda amita in successione nepotis, sed etiam pro includendo toto quarto gradu vtriusque sexus, DESCENDENTE, tam ex masculis, quã ex fœminis, tamen noluit concedere, nisi vt extenderetur vsque ad fratres Patrueles tantum descendentes ex masculis. Et si in casu nostro fuit facta ampliatio quoad gradum non quoad personas, non propter hoc dicta ampliatio non est strictè intelligenda, nẽpe circa omnes personas in linea descẽdẽti tãtum existentes, it aut istæ sint in dicto quarto gradu contentæ, sed secus quæ existũt in linea ascendenti; sicuti à pari contra dubietatẽ Glossæ factũ fuit a Dñis Regibus in interpretatione dictæ constitution. vt de successionibus (vbi tertius gradus inclusivè admissus fuit, vt dicit Glos. prædicta in verb. Habeant, ibi: Et hæc constitutio videtur attendere gradum, vt statim subijcit in vlteriori autem gradu, &c.) Qui declarauerunt ascendentes comprehensos in illo non esse, vt aduertit Addition. ad Glos. dict. constit. in verbo prædicto habeant in num. 40. 50. 60.

Ac etiam resultaret magnum, incomparabile, & indicibile interesse, præiudiciumque, Vestræ Regaliæ, & sui Regij Patrimonij.

Primò quia sicuti per prius Regnum prædictum pro declaratione, & interpetratione alicuius dubij, quod contingere potuisset circa omnes casus prædictos, & multos alios, qui evenire omni futuro tẽpore in Regno prædicto possunt hic suplicitèr recurrebat ad Maiestatem vestram (provt iuris est) in futurũ de hoc ei non esset opus amplius, stantibus prædictis, cum sufficeret declarationem, seu interpetrationem petere à suis Tribunalibus, quæ (& quod plus est; & admiratione dignum) non tanquã Maiestatis vestræ delegata hoc facerent, sed tanquam Iudices ordinarij, hanc iurisdictionem interpetrandi, declarandique gratias à Dominis Regibus concessas habentes, cum in rescripto, seu ordine dato à Maiestate tua in suplici libello porrecto, ab earum Matre fuit dictum, ibi: Haviendo visto, &c. he tenido por bien, &c. dispongais se haga sobre lo referido entero cũplimiẽto de justicia por el TRIBVNAL A QVIEN TOCA, &c. Ex quibus verbis clarè supradicta colliguntur, & hoc quando pro interpetratione, seu declaratione omnis minimi dubij circa inclusionem personæ, vèl casus, vel aliquid aliud circa materiam ampliationis, seu extensionis successionis prædictæ fuit semper habitum recursum, ad Regias Maiestates vestrorum prædecessorum, quia isti ad eos solum relinquere voluerunt negotia ad feuda cõcernentia, etiam si de parua re tractaretur, cum hoc dignum Maiestatibus suis tantum existimarunt, tanquam Domini directi feudorum, sicuti ex lectura omnium Pragmaticarum de feudis non obscurè dignoscitur, & signantèr in Pragm. 1. facta à Domina Regina Ioanna instante Catharina Filingeria (omnino videnda & legenda,) vbi habetur quod solum est Regibus interpetrare, & declarare dubia concernentia, vèl resultantia circa, materias feudales, & admissiones personarum ad successionem prædictam, & si Dominus Rex vult, potest petere votum cõsultiuum tantum a personis peritis, sibi benevisis, attamen postea decisio, declaratio, seu interpetratio ad ipsum tantum, & non ad alios spectat prout per totam dictam Pragmatic. colligitur, in qua hoc pro indubitato traditur, maximè si per modum legis condendæ, ac interpetrandæ debet fieri (sicuti in præsenti casu nostro ex dictis, ibi: Interpetrando, & declarando, &c. & magis infra, ibi: Attendentes, quod ad nostram Maiestatem spectat lites dirimere, &c. ac leges declarare, & interpetrare, &c. ac proprio motu gratia generalis legis condendæ, & interpetrandæ, &c. interpetramus, ac declaramus, &c. ac glos. Marini ibi, posita intelligi, & interpetrare debere secundum veram opinionem, &c. quam ex nunc in antea presentem nostram declarationem in præsenti causa, quam in alijs successiuè futuris obseruant, & iubeant pro lege observari, & sic decernimus, & iubemus, &c. Et in Pragmaticis 6. 7. 8. & melius in 11. 12. 18. 22. 25. 29. 33. & 34. de feudis. hoc incontrouertibilitèr colligitur, quod etiam practicatum in omni præterito tempore extitit (ita totius iuris dispositione dictante) quia soli Domini Reges interpetraverunt, & declarauerunt gratias prædictas, & nunquam Tribunalia Neapolitana, tanquam Iudices ordinarij, & contrarium dicere, & petere (sicuti pars aduersa petit, & instat) est velle tollere Regaliam ad Regiam Maiestatem vestram, & quod solum est Regum, Regibus.

Secundò, omnia prædicta evidentèr patent, tã ex prænarratis, quã quia dubia materiè præfata cõcernentia, nõ solũ noluerunt dirimere, & declarare (tanquam ad ea non spectantia) Tribunalia prædicta; sed quod plus est, nec etiã hoc Supremũ Italiæ Consiliũ, sed Dominis Regibus, & signanter Dño Imperatori D.

Carolo V. suplicauerant, vt ipsi dignarentur, illa declarare, & interpretare, & sic ab eis factum extitit, provt colligitur ex supra adductis, & nunc fieret, è contra.

Tertio, quod si prædicta permitterentur, sequeretur quod Tribunalia præfati Regni (inscientibus quid Domini Reges voluerunt concedere, & quid negare) deberent declarare, & interpetrare (& multotiès forsan contra Regiam mentem) gratias à Maiestate vestra, & suis prædecessoribus, concessas & à successoribus (Deo favente) concedendas, & non ipsimet Domini Reges, qui illas dederunt, & concesserunt; ad quos solum pertinet, & semper fuit habitum recursum, sicuti suplicantes, & earum Mater (prædictis exemplis) ductæ fecerunt, magis pro Regio, quam pro ipsarum interesse, & præiudicio.

Quarto, præfati feudatarij, & Barones insimul cũ dicta Ciuitate, & Regno quando vnam solam gratiam (ex tot tantisque, quæ nunc sine præcibus, & ipsorum petitione venirent eis concessæ, si prædicta admitterentur) petebant pro illa consequenda (vltra magna servitia præstita) aliquando antecessoribus Maiestatis vestræ vndecim centum millia nummos aureos; & aliquãdo plus donabant nunc verò pro dictis obtinendis nihil est ab eis hic dandum, faciendumque (dico faciendum, & dandum pro dicta causa attamẽ secus pro alijs, quia tanquam feudatarij, & vassalli semper suis Dominis seruitia præstare, & in necessitatibus subuenire tenentur sicuti ab eorum immensa fidelicate vsque adhuc practicatum extitit) cum illis sufficit quod dicta causa suplicantium ad favorem præfati D. Ectoris determinetur, ad hoc, vt ipsi omnia prædicta consequantur quando si Maiestas vestra, seu Regius Fiscus, solum diceret esse prædicta dubia, & obscura, ac proinde, Regia dclaratione digna (sicuti sunt & ita habita semper & æxtimata in leuioribus casibus, vt cognosci potest in exemplis supradictis) statim esset necesse ab eis hic recurrere pro interpetratione, & concessione ipsorum ex nouis gratijs; & obtulerent, ingentem quantitatem, quam amittitur, & multum plus si contrarium disponitur & exequitur. Nam saltim de dubietate & obscuritate prædictorum dubitari non potest, cum certè in dictis gratijs ullo modo legitur expressis verbis præfata esse concessa, imò de contrario, ex supradictis constat Et ad plus potest dicere dictus D. Ector, quod DD. opiniones magis communes pro ipso resident (sicuti per suas allegationes fundare prætendit, & si inutilitèr cum ex prænarratis incontrouertibilitèr colligitur oppositum cum ausi non fuerunt doctissimi sui Aduocati asserere (cũ ex lectura ipsarũ contrariũ apparet) quod expressis verbis prædicta extasse per dictas gratias concessa Attamen non per hoc dici potest quod opus non sit, Regiæ declarationi, interpetrationique, sicuti nec etiam quod vestra Maiestas (non obstante quacumque Doctorũ sententia circa præfata) non potest contrarium determinare, & decidere si sibi benevisum fuerit, & placet ex eo, quia adsunt clara exempla de omnibus prædictis, & in dictis constitutionibus Regni, & in dictis Pragmaticis. Et signantèr in dicta Pragmatica, prima de feudis in 2. & 3. columna, vbi non obstante commune Doctorum opinione, fuit necesse de Regia determinatione; & sic etiam in Pragmatica 11. 12. 18. de feudis. & melius in Pragmatica 29 ibi: E se bene secondo la piu vera, è commune opinione de DD. nella detta grazia, si comprendano (quod vllo modo possunt dicere aduersarij) etiam li fratelli, è sorelle consaguineæ tantum, & vterinæ tantum, è li loro figli vtriusque sexus, si come anco per constitutione del Regno sta anco particularmente disposto, è secondo la interpetratione della dispositione di quella nondimeno perche, &c. in alcune cause, si è difficultato che la detta gratia non comprehenda li fratelli, & sorelle vterinæ si suplica V. M. che si degni per far grazia particulare à questa Citta, Baronaggio, è Regno dichiarare che la mente di vostra Maestà, sia stata comprendere nella detta grazia etiam li fratelli, &c. Et Regia Maiestas dictam gratiam denuò concessit, vt ibi: Placet suæ Regiæ, & Catholicæ Maiestati. Et in dicta cõstitutio. vt de successionibus. Cũ per eam multi DD. magni nominis dixerunt Patruum esse comprehensum, vt dicit. Rouitus, in Pragmat. 6. de feudis, num. 3. & Glos. in dicta constitut. in verb. non succedunt. Idem tenet, sicut dicit dictus Additionat. de Bottis ad dictam Glos. in dicto verbo, ibi: Sed Dominus noster Rex, dum esset quæstio inter peritos Regni, iudicauit quod nõ succederet, quæ sententia ius facit inter omnes; ex quo Iudex iudicauit. Et nunquam est admissa Amita ad successionem nepotis, &c. Item hæc sententia Domini Regis habet locum in similibus, vt si sit quæstio nunquid Matertera Soror Matris succedat nepoti, &c. Et prædicta verba sunt doctissimi viri Bartholomei de Capua; vt ibi est videndum; & in Addit. ad dictam Glos. in verbo habeant, dicit ibi: Ista dubitatio de patruo cessat quia Rex Catholicus, &c. declarauit quod succederet, & Imperator Cæsar Carolus V. &c. Idem declarauit de Amita, &c.

Ecce quomodo non refragantibus DD. opinionibus Domini nostri Reges, & suas gratias declarauerant, interpetrauerunt que in meliori modo, & forma quod sibi magis benevisum fuit. Ac etiam in casibus contingentibus ascendentes transversales non esse comprehensos in vocatione alicuius gradus inclusivè determinauerunt & si ex nouis gratijs concessis postea ipsi admissi, & comprehensi extitissent. Et sic quare eodem modo dicendum, decidendumque in casu nostro non erit? Et cur immensa facultas & potestas Regia ad præsens (de qua est sacrilegium disputare) restringenda est? in graue damnũ? præiudicium? & interesse sui Regij Patrimonij, & Regaliæ, forsan quia sic pars aduersa prætendit? certè quod non? Vnde meritò non iniuridicè credant suplicantes, vel tanquam clara & indubitabilia, prædicta esse in fisci fauorẽ determinanda, vel saltim quod tanquam dubia, & valdè obscura declaranda à Maiestate vestra per ma-

modum legis generalis, vt supra. Tanto fortius, quod docet Pariad. quotidian. in differetia 18. in summario, §. 2. n. 6. *Quod causæ prædictæ quæ sũt tã magni põderis inter casus curiæ cõnumerari debẽt adeo, vt ipsarũ decisio ad Principẽ spectat, ibi:* Tũ quia causæ graues pertinet ad Regis cognitionẽ, cap. vt debitus de appellation. l. finali, C. vbi Senatores, vel Clarissimi, &c. *Et dicta declaratio, determinatio, seu interpretatio potest per Principẽ fieri etiã lite pẽdẽte,* Mierez de maiorat. in p. 1. q. 44. n. 74. & 79. *Ac etiam quando gratiæ, vel priuilegia nõ fuissent ab ipso cõcessa, sed à suo prædecessore, cũ adhuc ad illũ interpetratio spectat maxime cõstituendo legem generalem (prout in præsentiarum) ita dictus* Mierez *ibidem dixit* in n. 82. & seqq. *qui* in num. 89. & seqq. *Probat quod hoc etiam militat si maioratus verba sint obscura, nã semper quando in concessione facta, seu facultate data instituendi Maioratus, vel quid simile dubitatur de viribus, & intellectu verborum, licentiæ, facultatisque debet recurrere pro interpetratione, & intellectu ipsorum ad ipsum Principem, & hoc est expeditum in iure, citat.* Mierez *in loco proximè adducto* num. 1. *cum pluribus sequentib. qui infinitos DD. allegat. Nec obstat dicere quod omnis dubietas cessat quando Dominus Rex concessit Regno præfato per gratiam de* 1655. QVE LO QVE SE GVARDAVA, vel 3. grado, &c. SE AYA DE GVARDAR A FAVOR DE LOS COMPREHENDIDOS EN EL QVARTO GRADO INCLVSIVE. *Et sic si in tertio gradu erãt comprehensi per multum tẽporis spatium ante dictam gratiam. Patruus, & amita, ita etiam est dicendũ esse in quarto gradu inclusiuè admisso Patruus magnus, & Amita magna, quia sicuti se habent prædicti in tertio; ita isti in quarto, cum non debet admitti voluntatis quæstio, vbi in verbis nulla est ambiguitas,* l. illæ, aut ille, 25. §. 1. ff. de legat. 3. l. 1. & vltima, C. de legibus.

Nam Respondetur, primò, quod vt supradictum est, & præcisè quod petitio fuit facta per tempus præteritum, & elapsum nempè COME SE GVARDAVA, *& non* COME SE GVARDA, O COMO SE HAZE AORA. *Et fuit facta concessio, prout* OBSERVABATVR, *& nõ prout ad præsens obseruatur. Secũdò, quod nõ potest vllo modo tẽpus transactũ, & præteritũ, quãdo non est cõiũctũ cũ præsenti (sicuti in casu nostro) importare, & intelligi pro tẽpore suplicationis à dicto Regno factæ, seu quãdo ab illo præces pro dicta gratia obtinẽda fuerunt porrectæ, quia si de tẽpore gratiarũ, & petitionis, & nõ de tẽpore* constitutionum *tantum, Regnum præfatum petere volebat, vtique dictum haberet,* COME SE HAZE AORA, Y A MVCHOS AÑOS A ESTA PARTE, *aut simplicitèr (cum idem esset)* COMO SE HAZE AORA, *sed non* COMO SE GVARDAVA. *Et sic dubitari non potest, quod de dicto tempore* constitutionum *(nempè quomodo tunc:* SE GVARDAVA EN EL TERCERO GRADO) *Tantum intellexit cum verba propriè, & non per fictionem intelligenda sunt,* Mierez de Maiorat. part. 1. quæst. 51. num. 116. *Et in dubio potius naturalitèr, quam ciuilitèr, idem ibidem* num. 123. *& in* num. 166. *dicit quod simplicitèr, & non secundum quid, & per prius, & non per posterius, & sunt accipiẽda in dubio in proprio significatu.* Mierez in dict. p. 1. q. 65. n. 57. *Vnde meritò est dicendũ, quod dicta verba:* SE GVARDAVA, *&* OBSERVABATVR, *tanquam, præterita, & simplicitèr, verè, naturaliter, & gramaticalitèr denotantia, tempus transactum, solum pro dicto tempore, & non pro præsenti sunt intelligenda, & sic pro illo quod est præteritum, & transactum* constitutionũ, *at secus pro illo gratiarũ, seu petitionis, quod est præsens. Tertio, quia si cõtrariũ diceretur, interpetraretur; ius partibus quæsitũ tolleretur, scilicet, dictæ D. Emiliæ, suplicãtibus, & alijs quæ ex legibus inuestituræ præfati Regni ad successionẽ feudorũ vocatæ sunt, & sic verba gratiæ prædictæ ad terminos iuris reduci debẽt. Ita dictus* Mierez in q. 60. p. 1. n. 28. & seqq. *dicit, & melius* Ancaran. *& post alios multos Autores tradit* Beccius in consil. 3. n. 45. Decianus in consil. 44. n. 6. & 7. lib. 5. & Anguis. in consil. 20. num. 172. & 175. *Quarto, quando verba priuilegiorum, vel gratiarum possunt afferri aliquam vtilitatem licet parvam non sunt amplianda ad alia non expressa, & ad quæ per extensionem, seu interpetrationem ampliatiuam comprehenduntur, sicuti etiam prædictus* Mierez *in loco proximè citato firmat, & pulchrè in num.* 32. *& seqq. sed in casu nostro dicta verba prout* OBSERVABATVR, *&* SE GVARDAVA, *&c. possunt multam vtilitatem afferre si pro tempore* CONSTITVTIONVM *solum intelligantur, & non*

 gra-

gratiarum, seu petitionis, nempè admissio, in dicto quarto gradu inclusivè omnium personarum in ipso existentium, sed de linea descendenti tantum; ergo ullo modo debent extendi, & interpetrari pro illis in linea ascendenti collaterali existentibus. Quinto, verba cum ad litteram sunt intelligenda sola gramaticalis interpetratio admittitur, idem Mierez in 2. part. in præfation. numer. 197. Et simpliciter prolata, simpliciter intelligenda sunt, l. prospexit, ff. qui, & à quibus manumissi, &c. l. stichum, 39. §. si sticus 8. ff. de stat. liber. Et sic cum fuerunt dicta verba SE GVARDAVA, & OBSERVABATVR simpliciter prolata, & eorum gramaticalis interpetratio ad tempus præteritum, & elapsum solum potest extendi, sed ad præsens ullo modo: ergo pro illo, CONSTITVTIONVM, & non pro isto petitionis sunt intelligenda, interpetrandaque. Sexto, verba dispositionis quoties in sua iuxta, vera, & naturali significatione verificari possunt, non debent ad improprium intellectum trahi, Cancer. variar. resolut. lib. 1, capi. 5. numer. 58. Sed verba prædicta, SE GVARDAVA, &c. possunt in sua iusta, vera, & naturali significatione in tempore elapso, & præterito CONTITVTIONVM, verificari, cum tempus præteritum, & elapsum magis in præterito, quam in præsenti, seu mixto iuxtè, verè, & naturalitèr verificatur, (tanto magis, quod mixtum nunquam complectitur, quando dispositio continet præiudicium tertij (provt in casu nostro) Gabriel in consil. 197. num. 6. lib. 1. eleganter Ruin. in consil. 197. n. 20. lib. 1. Craueta, in consil q. 41. num. 31. tom. 5. Surdus, decis. 174. numer. 16. qui in num. 14. ibidem dicit, quod simplex non comprehendit mixtũ habens aliquam qualitatem, sicuti in præsentiarum;) ergo non debent trahi ad improprium intellectum præsentis temporis petitionis, seu mixti gratiarum. Septimò, certũ est, quod natura successionis feudalis est, ut ascendentes non succedant (ut est casus legis expræssus in collatione 10. de vsibus feudorum.) Nec censentur admissi, seu comprehensi in vocatione alicuius gradus inclusivè, nisi de eis expræssa mentio facta fuit; cum non sunt sufficientia relativa, equivoca, seu obscura, nã quæ notabilitèr fiunt, nisi specialitèr exprimantur censentur neglecta. l. itẽ labeone, §. hoc edictũ, ff. de iniurijs (Et nos etiã supra diximus) adeo ut nec per verba indefinita, equipollentia, appellativa, collectiva, generalia, & quantumcũque extensiva, intelligantur cõprehensi; & alia ratio præter supra dictas assignatur à Mierez citato in dict. q. 1. p. 1. n. 142. Nempè quod verba quantumcumque intensiva, effussa aut generalia casum de iure difficilẽ non cõprehendunt; ex eo, quia tãtum congruã, interpetrationẽ recipiunt, idẽ Mierez ibidẽ n. 156. Ac etiã quia verba ampla ad insolita non debent extendi idem Mierez ibidem num. 84. nam quod est insolitum numquam concessum censetur. Sed in dicta gratia certè non legitur fuisse à dicto Regno expressè petitum, ut linea collateralis Ascendens in quarto gradu inclusivè, seu patruus Magnus, Amita magna, & similes in illo intelligantur comprehensi, & admissi, sed tantummodo, quo supra: ergo non fuerunt habilitati ad successionem per verba prædicta COMO SE GVARDAVA EN EL TERCERO GRADO, &c. Quia expræssa mentio de eis non fuit facta. Octavo, verisimilitèr debemus credere ex dictis, quod mens Domini Regis non fuit eos comprehendere; & tamen verba generalia debent restringi, ex verisimili mente, & ad cogitatum rationabile Castig. deci. Sicil. in 50. numer. 6. & seqq. Nono, verba legis ubi deficiunt deficit & mens ipsius Rovit. in Pragmat. 1. de bonis Proditor. 6. 70. Sed in themmate prænarrato (ex superius ponderatis) verba gratiæ prædicta ad includendum lineam collateralium ascendentium & ad comprehendendum tempus præsens petitionis pro illa obtinenda deficiunt; ergo & mens illius deficit. Decimò dicta tanto fortius locum habent, quia dicta verba, SE OBSERVAVA, &c. possunt multa, & magna operari in eorum naturali, & proprio significatu nempè in linea collaterali descendenti, & respectu omnium casuum, & personarum exclusarum per determinationem à dicto Domino Imperatore D. Carolo V. factam contra Regnũ præfatũ ut supra, absque quo operentur quod ascendentes collaterales sint in illo comprehensi & sic ullo pacto dicendum erit comprehensos extitisse. Vndecimo, nam verba, non intelliguntur apposita absque iuris ministerio, & absque fine sed semper intelliguntur apposita cum effectu aliquid operandi sicuti pulchrè, ita arguendo dixit omninò videndus citat. Rouitus, in Pragmatic. 15. de suspicion. official. num. 12. Sed certè absque ministerio fuissent apposita, & nihil in eorum proprio, & naturali significatu operarentur prædicta verba, SE GVARDAVA, & OBSERVABATVR, denotantia tempus præteritum, & elapsum tantum si intelligerentur pro tempore præsenti petitionis, seu mixto gratiarum, & non solum pro transacto CONSTITVTIONVM ergo pro isto, & nõ pro illo iuridicè intelligẽda sunt. Et eo magis, quod nec etiam fuit dictum (imò cum ministerio, & consultò fuit relictum) COMO SE GVARDAVA EN EL TERCERO GRADO, EN TIEMPO DE DICHAS GRACIAS, O COMO SE HAZE AGORA DESPVES DELLAS, O COMO SE HA GVARDADO ASTA AORA. Sed solum, & absolutè, COMO SE GVARDAVA EN EL TERCERO GRADO. Et sic absque designatione aut præfatione nullius temporis sed indefinitè loquendo per verba præterita continentia tempus elapsum, & provt antea prædictas gratias obseruabatur; ideo dixit: COMO SE GVARDAVA, &c provt OBSERVABATVR, &c. Et non in alio modo. Duodecimo. Et sic ex omnibus traditis prædicta sunt incontrouertibilia & valdè clara in favorem Regij Fisci. & si dubia adhuc in eius beneficium debent interpetrari. Nam in dubio dicta gratia, seu concessio tanquam assensus vel dispensatio strictissimè est interpetranda, & provt minus suum ius ledat, ex supradictis. Decimotertio. saltem absque ulla quæstione Regiæ Vestræ Maiestati declaratione indigent. Decimoquarto Et certè quod omnia prænarrata magis locum sibi vindicant si consideratur quod nulla lex stricta, & expressa, seu ampla

plæ est, quin non recipiat moderationem à tempore, loco, qualitate personarum, & alijs circunstancijs, l. licet, ff. de receptis arbitris, Surdus in consil. 280. num. 8. lib. 2. Natta in consil 359. numer. 5. Alex. in consil. 70. num. 5. lib. 1. Cephalus in consil. 23. num. 124. lib. 1. Cacheran. decis. 169. ex num. 2. vsque ad num. 16. Neque datur lex, priuilegium, seu dispositio, etiam si loquatur per verba vniuersalia quovis modo, & similia quin nihilominus non restringatur ad modos proportionabiles, vt post Geminian. Tiraquel. & alios tradit Gutierrez practicar. lib. 3. quæst. 17. num. 207. & 208. Cacheran. vbi supra, vbi exornat; & nullum est verbum tam generale, & indefinitum quod ratione circunstantiarum non restringitur, & limitationem recipiat, vt obseruauit Surdus in consil 460. numer. 62. & 63. lib. 4. Riminald. in cons. 32. num. 34. lib. 3. & in consil 714. num. 39. lib. 7. Ex eo quia etiam verba vniuersalia legis, recipiunt interpetrationem de habilitate, l. vt gradatim, §. 1. ff. de muner. & honor. Idem Surdus post alios Auctores decis. 112. n. 2. & decis. 125. n. 21. Et ideo necesse erit, quod dicta Pragm. 34. de feudis, seu gratia; expreßam faceret mentionem etiam de ascendentibus collateralibus, vt isti extitissent cõprehensi, quia nunquã fit relatio ad ea quæ notabilia sunt, siue ad ea, quæ speciali indigent nota, & specialitèr exprimi debent, nisi expresse, & de eis mẽtio fiat, (sicuti est comprehensio dictæ lineæ ascẽdentis collateralis in aliquo gradu ad successionẽ admisso prout supra probauimus) nã alioquin sub dispositione quãtumvis generali non continentur, Afflict. decis. 111. n. 9. & exemplis, Menoch. in cons. 250. n. 49. & tribus seqq. lib. 3. Berous in cons. 127. n. 12. & seqq. lib. 1. Et decidendo super alia lege Regni Franciæ tradit Raudens. decis. Pisan. 41. num. 38. p. 1. Decimoquinto, & sic prædicta omnia absque vlla controuersia procedant, tanto fortius quod multa specialia concurrere nõ debent, nec interpretari, seu declarari debet gratia aut lex vt multa specialia contineat; attamen si in casu nostro, sub dicto quarto gradu inclusiuè ad successionem admisso, ascendentes collaterales comprehenderentur, multa specialia vnita concurrerent, nempè, quod dicti absque expressa mentione comprehenduntur, in dicto quarto gradu (supradictis iuribus repugnantibus) & quod verba, COMO SE GVARDAVA, & OBSERVABATVR (importãtia tempus præteritum, & elapsum) debent solum præsens, vel mixtum importare, & comprehendere, & quamplurima alia supra ponderata. Et sic remanet firma conclusio quod in dicto quarto gradu linea collateralis ascendens non est comprehensa, sed solum descendens, & omnes personæ in ista existentes, & per consequens dictus D. Ector Patruus Magnus à successione prædicta est exclusus.

Attamen prædicta ad abundantiã, ad saturitatẽ, & ad maiorẽ cautelã (quæ de iure nocere non solet) dicta fuerunt, & quando à Dño nostro Rege D. Filippo IIII. fœlicis recordationis, cõcessa fuissent omnia petita à Regno præfato, & eodem modo, & forma sicuti ab ipso suplicatũ extitisset. Sed certè simpliciter necessaria non esset, si dictus Dominus Rex in gratia prædicta de 1655. (quæ est transcripta in dicta Pragmatica 34. de feudis) declarandi suam Realem mentem, intentionem, voluntatemque expressè determinatum haberet nullo modo voluisse concedere inclusionem Ascendentium collateralium in dicto quarto gradu admisso, & habilitato in successione prædicta. Videamus quæso nunc, si præfatus Dominus Rex hoc clarissimè declarauit, tum suis Regalibus verbis, aut vero sub dubio reliquit. Et ad hoc cognoscendum opus est dicta sua verba hic transcribere, ibi: Nos verò, &c. easdem petitiones libentèr accepimus, &c. Tenore, igitur, præsentium, &c. Præfatis nobilibus viris Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostri Neapolis concedimus ampliationem, & extensionem prædictam in successionibus feudorum eodem modo, & forma in præinserto suplici libello contentis, & provt ab ipsis est suplicatum. Et quando alia verba præter supradicta proferta à dicto Domino Rege non adessent benè supra allegata à suplicantibus in hoc eorum suplici libello conueniunt; attamen si respicimus alia immediata subsequentia, & continuatiua orationis prædictæ (cum solum ex illorum lectura omnia ad fauorem Regij Fisci, & vestræ Regiæ Maiestatis, clara, inquæstionabilia & incontrouertibilia redduntur, & apparent) certè quasi superflua existimari possant, ibi: ITA QVOD OMNE ID QVOD CIRCA SVCCESSIONEM FEVDORVM OBSERVABATVR VSQVE AD TERTIVM GRADVM, OBSERVETVR ET OBSERVARI DEBEAT IN BENEFICIVM COMPREHENSORVM IN QVARTO GRADV, TAM VIRORVM, QVAM FOEMINARVM. Ecce, igitur quomodo declarãdo suam Regiam mentem præfatus Dominus Rex, nempè quid voluit dicere, concedere, & comprehendere in supradictis alijs verbis. Eodem modo, & forma in præinserto suplici libello contenti, & provt ab ipsis est suplicatum. Illicò post ipsa consultò dixit. Ita quod, &c. Ad ostendendum quod dicta præcedentia verba ab ipso prolata, Eodem modo, &c. à subsequentibus Ita quod, &c. debebant declarationẽ accipere, nam in iure dispositum est quod præcedentia, à subsequentibus limitantur, restringuntur & declarantur, vt suprà fuit probatum, & est iuridicũ brocardicum satis clarum, Barbos. de clausulis Axiomat. 222. num. 48. Tanto fortius quando adest dictio prædicta ita quod, quæ tantum de sui natura hoc significat. Cum sit limitatiua, & restrictiua præcedentis dispositionis, taxationisque vim habet, vt in l. Gallus, §. idem creden. in fine, ff. de liber. & Posthum. l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. Notant Marta de iurisdictione part. 4 centur 2. casu 130. numer. 8. Rota decis. 28. numer. 3. part. 2. in posthum. Farinac. Giurba consil. crim. 81. num. 2. vbi, quod taxatiuæ vim habet, & restringit, Socin. sen. consil 46. col. 3. vers. cum ergo, lib. 1. & cons. 49. num. 15. lib. 4. Socin. Iun. consil. 69. num. 33. vol. 2. Decius, consil. 226. num. 2. tom. 1. & consil. 521. num. 16. tom. 2. Ruin. consil. 18. num. 11. & cons. 74. numer. 17. vel 2. & consil. 92. num. 2. volum. 3. & cons. 1. num. 12.

vel 4. Paris. consil. 9. num. 53. lib. 2. Rimin. iun. consil. 263. num. 4. & consil. 313. 29. volum. 1. Menoch. consil. 134. num. 15. Berret. consil. 147. num. 6. Gabriel. consil. 35. num. 26. lib. 1. Aymon. consil. 201. num. 41. & consil. 956. num. 14. Mandos. in Glos. facult. §. sitque in verbo, itaquod pag. 279. col. 1. Cencd. post lib. 1. practicar. & canonic. quæst. sing. 39. num. 1. in princip. Honded. consil. 69. num. 45. lib. 2. Tiber. Decian. consil. 7. num. 62. lib. 1. Surd. consil. 315. num. 24. *Et Regularitèr profertur ad declarandum, & ad restringendum præcedentia citat.* Barbos. de clausul. in diction. 182. n. 7. *Ideo illam posuit: & vsus fuit Dominus Rex, & non aliam.) Consideramus nunc quid important dicta verba:* OBSERVABATVR VSQVE AD TERTIVM GRADVM. *Et inuenimus expressam exclusionẽ dictorum ascendendentium collateralium, quia non dixit in tertio gradu, vèl in tertio gradu inclusivè; sed tantum:* VSQVE AD TERTIVM GRADVM, *Ac nec etiam dixit:* OBSERVETVR, *&c.* IN BENEFICIVM *existentium, vel omnium* COMPREHENSORVM, *in quarto gradu inclusivè, aut in dicto quarto gradu; nempè relationem habendo, & faciendo in supradictis tertio, & quarto gradu vocatis, & expressis in dicta petitione à Regno prefato superius facta Sed tantum, & dũtaxat:* OMNE ID, QVOD OBSERVABATVR VSQVE AD TERTIVM GRADVM. OBSERVETVR, *&c.* IN BENEFICIVM COMPREHENSORVM IN QVARTO GRADV. *Et cum magno iuris ministerio prædicta, & consultò præfata alia verba:* VSQVE AD TERTIVM GRADVM. *fuerunt proferta à domino Rege, & relicta illa alia ad dictum tertium, &c. in dicto tertio: &c. omnium existentium, seu cõprehensorum &c. in dicto quarto &c. inclusiuè &c. ad ostendendũ, quod sua Realis mens, vllo modo fuit in dicta gratia dictos ascendentes collaterales includere: Ideò concessit omnia à præfato Regno supplicata* (eodem modo, *&c.*) *quo ad alia supra ab ipso petita, attamen quoad hoc minimè. Ideo protulit verba:* ITA QVOD. *&c. cũ quibus declaravit quid voluit concedere circa illud, quod a dicto Regno fuit petitum in illis verbis.* Hasta el quarto grado inclusivè, *&c.* De manera q̃ todo aquello q̃ acerca la succession de los feudos se guardaua en el tercero grado, se aya de guardar en beneficio del quarto. *Nam circa ista noluit ei impartiri* eodem modo, & forma, *&c. Provt ab ipso supplicatum extabat, sed solum, quod* OBSERVABATVR, VSQVE AD TERTIVM GRADVM, *&c* In beneficium comprehensorum in quarto, *&c. Sed cum per prius quando successio prædicta vsque ad tertiũ gradum erat extensa (quod fuit in tẽpore dictæ* constitutionis, vt de successionibus) *certè quod vllo modo* OBSERVABATVR, *quod ascẽdentes Collaterales succedebant aut erant per ipsam admissi, & in dicto gradu comprehensi ex supra traditis, & sic dixit:* Vsque, *&c. Ergo nec in quarto gradu admissi existunt, cum Dominus Rex voluit;* Quod omne id, quod circa successionem feudorum observabatur, vsque ad tertium gradum obseruari debeat, in beneficium comprehensorum in quarto gradu. *Eo magis quod in vocatione, seu habilitatione vsque ad quartum gradum ad succedendum indubitantèr dicti Collaterales ascendentes non comprehenduntur, sub illo; sed tantum (& si iniuridicè ex superius dictis, & inferius dicendis) in controuersiam deduci poterat, quando dictus quartus gradus inclusiuè favore omnium in ipso existentium per gratiam prædictam admissus, & vocatus extitisset. Cum illa verba* omne *id, &c. intelliguntur, & debent restringi (nam possunt verificari)* in beneficium comprehensorum *in dicto 4. gradu, & sic respectu illorum existentium in linea Collaterali descendenti tantum, cum isti solum sunt comprehensi in illo, & non alij vt supra.*

Cum dictio: Vsque *aliqui Doctores dixerunt, quod importat exclusionem, sicuti dicit* Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 80. num. 129. *& probat Text.* in l. 1. ff. an per alium, caus. appellat. iuncta, l. absentem, ff. de pœnis. *Quod etiam probatur ex text. & ibi Glos.* in cap. 1. extra de ordinatis ab Episcopo qui renunc. Episcop. *Et alij inclusionem: tam de iure communi, quam in constitutione prædicta, & ita de dicta dictione,* vsque *posita in dicta Regni* constitutione, vt de successionibus, *dixit* Andræ. de Isern. in cap. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dare pos. *& inter dictas opiniones contrarias fuit alia nempe, quod aliquando stat inclusiuè; aliquando exclusivè, secundum subiectam materiam, & verbum cum quo adiungitur. (Nam in fortioribus terminis tradit* Capic. Latro in decis. 142. num. 17. lib. 2. *quod verba ratione adiuncti impropiantur) sed dicta dictio est adiuncta verbo* OBSERVABATVR, *quod importat tempus* constitutionis *prædictæ (ex traditis) & sic ipsa pro dicto tempore demonstrando tãtum fuit apposita; attamẽ dilegmaticè dicimus, aut dicta dictio in præfata constitutione stat inclusivè, & sic includit, omne tertium gradum, aut non: si stat, sicuti dicit* Capic. Latr. in decis. 149. n. 8. *Et tamen certè, est quod Patruus, & alij Ascendentes in dicta* constitutione *cõprehensi non fuerunt, & ita Domini Reges declarauerunt insequendo communẽ opinionẽ DD. Regnicolorũ; & postea ex nouis gratijs (petente dicto Regno) concesserunt inclusionem, & admissionem, personarum, Patrui, & Amitæ tantum) vt supra satis probatum, & ostensum fuit) ergo Ascendentes collaterales nõ sunt comprehensi in dicto quarto gradu, cum non sufficit quod aliquis gradus inclusivè sit uocatus, & habilitatus ad successionem, vt isti censeantur etiam admissi; aut non stat, & sic si quando stat inclusivè non sunt comprehensi, ergo à fortiori quando non stat inclusivè dicta dictio, sed exclusivè est dicendum.*

Alia est sententia DD. etiã distinguentiũ & sic magis vera, cũ Doctoribus distinguentibus magis credendum sit Costa. Sicut, *infinitos allegans in* cons. 7. n. 62. consil. 47. n. 33. consil. 68. n. 30. & consil. 70.

70. n. 33.) *Fuit quod, aut à lege, aut ab homine sit posita, si à lege inclusiuè, si alteri legi non aduersatur, si ab homine etiam, nisi aliter constat de voluntate disponentium, provt distinguēdo dixerunt*, Grat. de dicta dict. 296. & Egid. Bellarm. in d. cap. 1. de ord. ab Episcop. Barbos. de Clausulis, diction. 437. num. 1. in fine, Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ, Glos. 12. §. 1. num 11. & 12. & Capic. Latr. in cit. decis. 49. lib. 2. numer. 10. & 11. *Sed in casu nostro pluribus legibus communibus, & municipalibus præfati Regni aduersatur (nempè omnibus, supradictis, quæ dicunt non esse comprehensos ascendentes, vt inter alias adductas à dicta* Glos. *sunt dictæ leges* collat. 10. de vsibus feudorum, Constitut. vt de successionib. & prag. 4. cap. 2. 4. & 6. de feudis. *Quæ prohibet substitutiones in feudis fieri posse absque Regio assensu, vt infra.) Ac etiam quia aliter constat de mente, & voluntate disponentium, vt supra: ergo dicendum erit, quod vllo modo ascendentes collaterales sint comprehensi in illis verbis:* OBSERVABATVR VSQVE AD TERTIVM GRADVM, *&c. Cum prædicta dictio non stat inclusivè, sed exclusivè; nam inclusio dictorum ascendentium est contra legem ita Iurisconsultus* in l. 3. in princip. §. sin autē, ff. an per aliā causa appell. red. poss. Rebuf. in glos. 3. tom. 1. ad l. Galliæ in comment. ad l. absentem, versic. limitatæ, ff. de verbor. significat. Menoch. de arbitr. lib. 1. d. quæst. 80. numer. 92. *Alia DD. opinio fuit quod dictio: Vsque, est talis naturæ, quod omnia illa quæ secundum sui nomen, & habilitatem (cum verba legis vniuersalia recipiunt interprætationem ab habilitate dict.* Capic. Latr. decis. 178. num. 6.) *Possunt cedere, & includi absque iuris resistentia includuntur at secus, è contra; Ita quod limes cedit limitato, si tales sint qui secūdum sui nomen, & naturā cedere possunt, & è cōtra, provt mirabilitèr dixit* Archid. in cap. Ecclesias. 13. q. 1. *per text. in* l. notionem, §. continentes, ff. de varbor. significat. *Quem citat, & perfunctoriæ sequitur.* Francisc. Marc. in decis. Delphin. 111. parc. 2. num. 34. in medio 35. & 36. *Pulchrè* Bald. in dict. consil. 410. lib. 1. in num 2. versic. Item per talem doctrinam, & *in* versic quia quando inclusio includeret, &c. *Et ista sententia est conformis, & decisiua casus nostri.) Sed ascendentes collaterales tales sunt quod secundū eorum nomen, & naturam cedere non possunt, nec includi in dicto tertio gradu, cum per leges conditas à Dominis Regibus per alias feudales, ac per interpetrationē obseruantiāque subsecutam, ac etiam per cōmunia iura sunt exclusi, & non possunt comprehendi ascēdētes per dicta verba* OBSERVABATVR VSQVE, *&c. Sed tantum descendentes collaterales, cum isti tales sint qui possunt cedere, sicuti euidentèr apparet per dictam* cōstitutionem, *ex qua fuit successio feudorū,* vsque ad tertium gradum *permissa, & tamen nō excludit dictum tertium gradum, nec includit, sed tantum personas in linea descendenti existentes ad successionem admittit, sicuti sunt filij fratrū (qui certè in tertio gradu, & in dicta linea sunt) & Patruū aliosq; ascendētes exclusit (Et si ex supra, & infra traditis erat vocitus tertius gradus inclusiuè per ipsā.) Ergo quādo est facta cōcessio, vsq; ad quartū gradū admissum, & vocatū per dictā gratiā de* 1655. *vel in isto inclusivè solum sunt cōprehensi collaterales descendentes in illo existentes, cum isti quādo erat successio ad tertium gradum, etiā cōprehēdebātur ex traditis, sed secus ascēdētes cū in ipso non erāt cōprehensi, tanquam non expressè vocati, vt supra, nam dictio taxatiua excludit omnia præterquam expressa.* Mantic. decis. 109. numer. 11. *Et sic dicta verba:* Ita quod, omne. (*Quæ et si vniuersalia, & indefinita, attamen vrbano, & honesto modo sunt accipienda.* Marc. decis. 542. lib. 2. num. 3. id quod circa successionem obseruabatur vsque ad tertium gradum obseruetur, &c. In beneficium comprehensorū in quarto, &c.) *Intelligenda sunt, quo ad descēdētes tātū. Tanto fortius quod verba statuti, & gratiarū debēt intelligi in proprio significatu, & strictè quando agitur de legis correctione (provt in presentiarū ita dictus* Capic. Latr. in consultat. 1. n. 8. *Et verbū dubium debet, secundum intentionem proferentis declarari Pulchrè dictus* Marc. in decis. 665. num. 5. *vbi* Addition. *& in* num. 6. *Ac etiam quia Regnum præfatum nunquam intellexit gratiam petere pro inclusione dictorum ascendentium in dicto quarto gradu, sicuti supra fuit ostensum, & apparet ex alijs præcibus per ipsum factis (præter supra adductas) alijs Dominis Regibus pro admissione dicti quarti gradus & signantèr Domino D. Filippo II. in anno* 1577. *vt in* cap. Regni *Fol. mihi* 179. *quod incipit:* Recognoscimus, &c. *in finalibus verbis ipsius, & prope finem*



ex-

expressè, & clarè prædicta patent. Eo magis, quod dictio prædicta: Vsque, *ex coniecturis cognoscitur, si stat exclusivè, vel inclusiuè* Barbos. de Clausulis, diction. 437. num. 21. & 22. *& certum, quod non solum ex coniecturis, sed evidenter, quasi in casu nostro apparet, positam fuiße ad excludendū, non includendum dictos ascendentes collaterales, cum clara sit mens, voluntas & intentio dicti Domini nostri Regis, prout ex tot, & tantis supratraditis, apparet, quando sufficit, quod non constat de mente, nisi de significatione verbi cum termino ad quem ad hoc, vt aliquid non possit comprehendi, vel includi sub generalitate præcedenti, ita pulchrè* Bald. in dicto cons. 410. in princip. vers. Aut non constat, lib. 1. *quem refert* Card. Tusc. conclus. 291. num 25. in lit. D.

Vndè meritò de dicta dictione vsus fuit dictus Dominus Rex; & de alijs supradictis verbis, & consultò reliquit omnia alia prænarrata ad ostēdēdū, quod omne id, quod in obseruatur, *&c. in tēpore cōstitutionis & nō gratiarū, seu petitionis præfatæ, intellexit concedere, & dicere, cū in illo vllus ascendens erat cōprehensus, sed in alio gratiarū, petitionisque Patruus, & Amita ex novis gratijs admissi ad dictam successionem extabant, attamen ipsi comprehendebantur, quando successio erat ampliata in tertio gradu, sed non sicuti prius, quando ista erat,* Vsque *ad illum. Vndè meritò ex omnibus hic prædictis remanet res incontrovertibiliter, clara, fauore Regij Fisci, & Maiestatis vestræ, nempè dictos Collaterales ascendentes in dicta gratia comprehensos non esse. Nec obstat dicere, quod præfatus Dominus Rex post prædicta verba*: ITA QVOD, *&c. Protulit prosequendo illa alia*: Derogantes, *& c.* Quæ excluderit ampliationem præfatam, *Cum ista magis influunt ad prædicta, & mirabiliter prænarrata confirmant, quia ista ad dictam ampliationem solum referuntur, nempè,* Vsque *ad tertium (cum dictio,* ad, *non est inclusiva, sed exclusiua etiam* Tusch. in conclus. 239. lit. D. num. 1.) *Et quartum gradum, & non in tertio, & quarto inclusivè, vsque ad quos fuit ampliatio à Domino Rege concessa modo quo supra, & sic dixit ad præfatam ampliationem, & certè, quod ad istam tantum concedendam erat etiam necessè pragmaticas, constitutiones & leges municipales Regni derogare, alias dicta extensio effectū suum non habuißet (prout supra probatū extitit) Ideò ipsas derogauit Dominus Rex, qui magis clarè quā loquutus fuit alloqui non potuit, nempè, quod sua Regia intentio, mens, seu voluntas nunquam fuit admittere ad prædictam feudorum successionem ascendentes Collaterales, & ipsos in ipsa comprehendere; propterea cum verbo,* OBSERVABATVR *posuit verbum,* Vsque. *Et certè quod si dictus Dominus Rex, hoc dicere, & declarare nam vellet in illis verbis,* Ita quod, *&c. Eßent ista superflua, & non necessaria proferri, cum nihil aliud quod hoc importare, seu significare possunt; nam plus quā Dominus Rex concessit in alijs supradictis verbis*: Eodem modo, & formà in præinserto suplici libello contentis, & prout ab ipsis est suplicatum. *Ista,* ita quod, &c. *incontrouertibilitèr non important, nec comprehendunt, & sic non erat opus ea proferre, si exclusionem dictorum ascendentium per illam ostendere nō voluisset. Tanto fortius, quod dicta dictio,* ita quod, *sicuti supra probatum fuit, est restrictiua de sua natura, taxatiua, & declaratiua præcedentium, & in casu nostro vllo modo potest cōtinere ampliationē, nec declarationē nō solū, quia in dictis verbis vlla ampliatio seu extensio ad præcedētia inuenitur, vt dictū est, sed quia magis per ipsā superius dicta nempè* Eodem modo, & forma, &c. *Restringuntur, quàm ampliantur, cùm certum sit, quod per ista concedebantur omnia à Regno petita, & multum plus permittebatur à Domino Rege (cum à dicto Regno suplicatum, & petitum fuit*: Demanera que todo aquello que acerca la succession de los feudos se guardaua en el tercer grado, se aya de guardar en beneficio de los comprehendidos en el quarto, assi varones, como hembras.) *Quam per illa*: Ita quod, &c. *Nam sicuti diximus, & probauimus dictiones*: Ad Ita, quod, & vsque, *important restrictionem, limitationemque, sed secus ampliationem, eo magis quando simul posita fuerunt (prout in præsentiarum) & ita est in casu nostro determinandum, cum dicere*: Vsque ad tertiū, *&c.* Obseruetur, *&c.* in quarto, *absque dictione inclusiuè, vel relatione in dicto quarto gradu, vllo modo est ampliare sed restringere præcedentia concessa nempè*: Eodem modo, & forma in suplici libello contentis. *Et sic si restringuntur, & aliam restrictionem certè operari non possunt quam dictam exclusionem dictorum ascendentium, (isti expressè exclusi intelliguntur ex eo quia quando sola vna ratio assignari potest, & non alia, ista habetur, pro expressa* Bartol. in l. 2. C. de nouation. & in l. centurio, ff. de vulgar. & pupillar. Menoch. cons. 210. n. 8.) *Imò, ipsam continere debent, ad hoc vt non sint superflua sicuti etiā essent si absq; vlla ampliatione, & declaratione. Et denuò solū superius dicta, & cōcessa concederent, & dicerent, & certè, quod hoc ad plus possunt Aduersarij pretendere (& si iniuridice ex supra traditis) Vndè meritò dicendum erit, dictam exclusionem importare debere cum propriè, & in eorum vero, & naturali significatu præfata verba hoc important*: *& tamen brocardicum iuridicum est quod ista potius debent impropiari, vt operentur, quam quod sint superflua, & sine effectu; ita tradit citat.* Barbos. in dicto Axioma. 222. num. 17. *qui in num.* 18. & 22. *dicit, quod in legibus interpretandis non debent existimari superflua verba, provt nec etiam quod inconsultò fuerunt dicta, & apposita, nam omne verbum cum magno iuris ministerio dictum, & appositum censetur, & præmeditatum præsumitur.* l. libe. ff. de supellect. legat. *Et sic iterum dicimus quod prædicta sunt adeò clara; quod plus facilius aduersarijs est ostendere Solem luminosum non esse & omnia impossibilia, possibilia; quam contradicere, iustè contendere & demonstrare prædicta vera non esse.*

Et

Et sic ex supratraditis non solum prænarrata colliguntur, sed quamplurimà alia nempè, quod præfatus D. Ector, cum vnum solum ad victoriam causæ prædictæ consequendam ei non sufficiat plura simul in præiudicium Maiestatis vestræ, & in magnum damnum, interesseque Regij Fisci, & Regaliæ petit, & prætendit, quia non solum vult, quod in dicta gratia sint omnes ascendentes collaterales comprehensi; sed quod multa specialia in sui favorē vnita cōcurrant, (vt supradictū est) & quando nō est cōprehensus in dicto 4. gradu, & gratia, sicuti probatū fuit) pro absoluto dat, & affirmat quod non tantū in illo cōprehensus extitit, sed quod prædicta verba: Ita quod, *&c. important, & inclusionem totius lineæ ascendētis collateralis (quod est vnum speciale) & hoc quando vlla expressa mentio (sicuti opus erat, & est secundū speciale) de ipsis facta fuit, sed solū quādo dictū extitit,* Vsque ad 4. gradū *&c. Tertiū quod dictio:* Ita quod, *stat ampliatiuè, &* Vsque, *inclusivè, et si corrigantur aliæ leges, & comprehendantur personæ non comprehensibiles, quando ex earum natura hoc non important imò contrarium significant ex traditis, & ex mirabilitèr dictis per dict.* Bald. in cons. 410. lib. 1. *quem citat, & sequitur* Tusch. *in dicta* conclus. 291. lit. D. num. 23. & 25. *omninò videndus. Quartum, quod verbum* obseruabatur *importat tempus præsens, quando solum in suo naturali, vero, & gramaticali significatu tempus transactum, & elapsum significat, & benè in suo proprio sensu hoc importare, & includere potest in casu nostro. Quintum, quod verba sint superflua, & nihil operant, quando possunt operare omnia illa pro quibus fuerunt apposita; & proferta. Sextum, quod dicta verba etiam important prælationem masculorum, nempè, ex dictis esse concessum feudatarijs præfati Regni posse vocare, & disponere de feudis etiam non suis in favore masculorum remotiorū, & ascendentium collateraliū in 4. gradu, & excludere fœminas proximiores descendentes collaterales in meliori gradu, & linea existentes, quando semper favorabilior est causa istorū* Cancer. variar resol. 1. lib. 1. cap. 5. num. 4. *Et quando de ipsarum inclusione, vocatione & admissione, ad præfatam successionem feudorum (etiam ante dictam gratiam de* 1655. *per quam prætendit dictus D. Ector esse comprehensus) dubitari, & controuerti non potest, & sic quod non solum in præiudicium tertij & illarum quæ ius quæsitum habent (sicuti sunt suplicantes, & dicta earum Mater) sed in magnum interesse, & damnum vestri Regij Fisci, & Regaliæ (& non obstante quod dicta gratia tanquam assensus, dispensatio, seu iuri tertij præiudicans ac etiā Maiestatis tuæ; est solum strictè, strictissimèque intelligenda, prout iuris est, & fuit semper vsque adhuc in casibus contingentibus practicatum (vt supra probabimus) sit largè, & largissimè, & ad incogitata, incognitaque, imò ad à Domino Rege expressè denegata, extendenda, amplianda, declaranda interpetrandaque; & quod in aliquo gradu ad nosso, non solum comprehendantur illæ personæ quæ de natura alicuius gradus, etiam inclusivè habilitati sunt comprehensæ, sed illæ, quæ non ex natura comprehensionis gradus inclusivè tantum, sed ex gratijs expressis, & specialibus, in diuersis temporibus postea fuerunt admissæ, & inclusæ; cum in tertio gradu inclusivè vocato per dictam* Constitutionem, vt de successionibus, *nec Patruus, nec Amita, seu alij ascendentes collaterales erant vocati, & ad præfatam successionem admissi, sed ex nouis gratijs, & declarationibus, Dominorum Regum fuerunt comprehensi (vt supradictum est.) Et sic in admissione dicti quarti gradus inclusivè non sunt isti comprehensi, nisi ex nouis gratijs Dominus Rex, eos non admittit, & includit in illo. Et quod quamplurimas gratias antea denegatas includat, ac etiam illas quas Regnum præfatum nunquā petijt; nec ei Dns. Rex cōcessit, & quando ad hoc vt isti cēsentur cōprehensi, & dictæ gratiæ permissæ; & expressa mentio erat de eis faciēda & specificè erant derogandæ leges, & Pragmaticæ de directo in cōtrariū disponentes (cū nō sufficiebat generalis earū derogatio, prout mirabilitèr omninò vidēdus dicit Cardinalis* Tusch. in cōclus. 216. in lit. C. *per totā, & precisè* in n. 1. 10. 11. 21. 50. 64. 70. 76. 84. 85. 99. 106. 125. 131. *Et in alijs quem rogo, vt sine desidia legatur qui quasi omnes casus prædictos determinat.) Et præcisè (inter alias dicta* Pragmat. 4. de feudis, *quæ totum oppositum, prætensorum per dictum D. Ectorē statuit, præcipitque, ibi:* Recognoscimus, *&c.* Concessiones ad vendendū, *&c.* Seu QVOMODOLIBET DISPONENDVM, de & super bonis feudalibus, &c. NOBIS, & nostris in eo Regno SVCCESSORIBVS RESERVAVERIMVS, Statuimusque ne deinde Vicereges, aut locumtenentibus nostris huiusmodi assensus nobis in consultis cōcedere fas sit. *Et postea concedendo in aliquibus ipsi præstare posse assensum, limitavit, & expressè prohibuit, multos casus in quibus nullo modo possunt, nec debent Proreges dictos assensus præstare; sed solū reseruatū fuit ad Dns Reges, inter quos legūtur sequētes, ibi:* in cap. 2. Vbi is qui de bonis suis feudalibus disponit, aut tractat, certo, ac legitimo successore careat, qui iuxta constitutionem Regni in feudo succedere deberet. *Et in* cap. 4. Vbi natura feudi mutatur, successorem extra terminos constitutionum Regni instituendo. *Et tamen per gratiā prædicti Domini Don Ferdinandi Catholici dicto tempore etiam patruus erat admissus, vt supra, attamen Dominus Imperator, non dicit:* Extra terminos *gratiarum* instituendo, *sed solum* CONSTITVTIONVM REGNI, *cum ipse, & alij Serenissimi Domini, Reges nunquam de successione virtute gratiarum intellexerunt, sed tantum virtute* CONSTITVTIONVM REGNI. *Et in* cap. 6. VBI IN TESTAMENTO, VEL CONTRACTV ADEST SVBSTITVTIO. *Et prope finem prædicta* Pragmaticæ *dixit, ibi:* DECERNENTES IRRITVM, ET INANE QVIDQVID SECVS

NON

NON SERVATIS CONDITIONIBVS QVOMODOCVMQVE IN OMNIBVS, ET SINGVLIS SVPRASCRIPTIS FACTVM FVERIT. *Et* constitutio Regni in aliquibus *etiam erat expressè deroganda, cum per istam specificè fuit dispositum, quod fœminæ proximiores in feudis succedant exclusis, consanguineis, seu agnatis remotioribus, vt ibi est videndum. Videamus, quæso nunc, si excludere fœminas proximiores per masculos remotiores fuit concessum per dictam gratiam de anno* 1655. *& si feudatarijs Regni præfati substitutiones fieri infeudis est permissum, & ex traditis certè, & expræssè, quod non dispositum est. Tanto fortius, quod in* Pragmatica 33. *hoc non solum non legitur (quia ibi non dicitur, nec permittitur, quod feudatarij, Baronesque Regni præfati possunt substitutiones pupillares facere) imò ex omnibus supradictis etiam per interpetrationē extensiuam contrarium colligitur. Sed quod est plus, nec specificè dicta* Pragmatica 4. & constitutio in aliquibus, *nec alia, seu lex vlla per eam derogantur, ac nec etiam per præfatam* Pragmaticam 34 *in facultate concessa fundandi Maioratus, nam, & si circa successionis ampliationē in quarto gradu derogauit omnes leges in contrarium dictantes, secus vero hoc dixit Dominus Rex, quoad dictam facultatem, prout ex lectura ipsius clarè patet, & certum est, quod si saltim in dicta prima gratia concedere volebat Dominus Rex licentiam infeudis substitutiones pupillares fieri posse opus erat, omnes leges contrarium specificè disponentes, determinantesque, & præcisè dictas* Pragm. 4 *derogare, & cōstitutionē. Sed hoc ab ipso factum non fuit, quia nunquam hanc facultatem, seu permissionem concedere voluit, ideò desinit derogationem præfatam apponere, quæ erat omninò, & simpliciter necessaria, si dictam facultatem, substitutiones faciendi permittere voluisset, sed quia illā vllo modo impartiri voluit, nec sognauit ideo vllā legē derogauit. Quibus stantibus, sic arguimus, retorquēdo cōtrariorū argumentū Dñs Rex in dicta* Prag. 34 *præcipit*, quod omne id, quod circa successionē feudorū, *&c. (Ecce quomodo nō quo ad facultatem, sed tantū quoad successionē Regnū prædictum petijt)* Obseruabatur vsque ad tertium gradum, obseruetur, &c. in beneficium comprehensorum in quarto gradu, tam virorum, quam fœminarum. *Sed in tertio gradu dicta facultas fieri posse substitutiones in feudis pacto, vllo est concessa (ex superius fundatis) ergo nec in quarto, prout nec etiam legitur in dicta* Pragmatica 34. *vocatio expressa, seu admissio, comprehensioque in dicto quarto gradu ascendentium collateralium, aut præfati D. Ectoris, cum ibi non dicitur, quod sit ampliata dicta successio in linea ascendenti collaterali: sicuti nec minus, quod Patruus Magnus possit succedere; & quod feudatarijs, Baronibusque dicti Regni fuit per ipsam expressè concessum, & permissum posse in masculum remotiorem in quarto gradu existentem, exclusa fœmina proximiori, &c. de suis, & filij feudis etiā disponere, sed solum per* Pragmat. *prædictam, fuerunt ad successionem præfatam habilitati, & admissi indistinctè tam masculi quam fœminæ in linea descendenti tantum existentes (prout ex prænarratis omnibus, & prænarrandis clarè colligitur.*

Et ad maiorem omnium prædictorum euidentiam iterum dicimus, quod dicta verba: Eodem modo, *&c. præfata comprehendere vllo modo possunt, cum proprium sit etiam indefinire locutionis, declarari, & restringi per sequentia, quia magis hæc influunt*, Caualcan. decis. 27 part. 3. num. 8. *qui pulchrum Textum adducit*, in l. qui non militabat, §. filijs, *& ibi* Bald. ff. hæred. instituend. perbellè Farinac. decis. 454. num. 3. & decis. posthum. 39. lib. 2. num. 3. in fine, l. sed Iulianus, §. interdum, & §. proinde, ff. ad Macedonian. Aym. cons. 226. num. 6. Surdus, consil. 366. num 14. lib. 3. Menoch. de præsumption. 181. lib. 4. n. 24. *Et sic per verba*: Ita quod, *&c fuerunt declarata, & restricta illa:* Eodem modo, *&c. Nec obstat dicere quod Dominus Rex dixit*, quod omne id, *&c.* OBSERVABATVR VSQVE AD TERTIVM GRADVM, *&c.* Obseruari debeat in quarto gradu, *&c. Et sic quod omnia prædicta feudatarijs Regni præfati concessa fuerant, eam in tertio gradu obseruabantur; nam præter omnia sup... tradita. Primò dicimus, quod vllo modo in tertio gradu omnia prænarrata, erant permissa (sicuti supra ostensum fuit) & quod dicta verba debent solum referri ad terminos habiles, & quanto minus damnū afferant tertio & concedenti operare possunt, prout dicit*: Glos. in l. final, versic. Vni versitatis, C. de fideicōmis. & ibi, Angel. & Dec. in cons. 204. column. penult. vers. Et idem tamen.) *Secundò, quia verba quantumvis generalia, & vniuersalia restringuntur ad id, quod est rationis, ne quis damnum patiatur*, Farinac. decis. 40. num. 7. in fine, Aretin. consil. 39. in fine, Bald. in Authentic. ingressi, C. de sacrosan. is Eccles. Glos. & DD. in l. fin. §. in computat. C. de iure deliberandi, & l. si servum stichum, §. sequitur in princip. ff. de verbor. obligat. latè Tiraquell. C. de revocand. donat. in præfat. num. 78. *Tertio, quod dispositio quantumvis generalis, & ampla restringitur ad verisimilia, ita dicit elegantèr D.* Bald. in l. sed si quis, §. quæsitum, ff. si quis cautio. Farinac. decis. posthum. tom. 2. decis. 21. num 3. *Quarto, & ad id, quod est rationabile, & iuri consonum Idem* Iason in dict. Authent. ingressi, num. 25. C. de sacrosant. Eccles. Bartol. in l. omnes populi in 6. quæst. in princip. ff. de iust. & iure. *Quinto, & semper debent referri ad ea quæ magis conueniūt* (Rota decis. 6. part. 2. n. 13. *Sextò, & secundum proportionabilia, naturam actus, & personarum de quibus agitur, ac etiam de istarum habilitate.* Fontanell. decis. 371. lib. numer. 25. Velasc. consul. 13. numer. 37. & 38. & consultat. 87. num. 22. & 23. Mascard. de probation. conclus. 1136. numer. 1816. *& melius* numer. 20. Idem Farinac. decis. 422. numer. 2. *Sed si prædicta omnia essent per præfata ver-*

verba comprehensa, & concessa magnum damnum afferrent concedenti, & tertio (nempe omnibus vocatis in inuestitura) & ad inuerisimilia, inrationabilia, & iuri non consona, extenderētur, & ad ea, quæ non conueniunt, & non sunt proportionabilia, secundum naturam concessionis, & habilitationem personarum: (vt omnia supra probauimus) ergo certum est, quod prænarrata, per dictam gratiam concessa non sunt; Quæ mirabilitèr confirmantur, quia Principum priuilegia non sunt amplianda, sed strictè interpetranda. Oldrald. consil. 206. Rota Rom. decis. 180. *in fine*, Abb. in cap. licet, numer. 2. de decimis, *quos citat, & sequitur* Farinac. decis. 40. numer. 4. in fine. *Et si largè, & latè, attamen nullo modo, vt comprehendant ea, quæ aliàs non comprehenderentur, pulchrè dicta* Rota *omninò videnda*, in decis. 402. part. 6. numer. 1.

Tanto fortius, quod concessio in his, quæ non sunt solita fieri, & concedi, præsumitur per importunitatem, & preoccupationem facta, & impartita, Felin. in cap. cum illa de constitut. col. 2. *Et ex eo est nulla, etiam quando fuissent omnia prædicta permissa.* Rota diuersorum nouiss. p. 3. lib. 3. decis. 1954. n. 1. *Nam verba nunquam referuntur ad insolita, & comprehendunt illa quæ de iure sunt exorbitantia.* Peregrin. de fideicommis. artic. 16. num. 107, vers. Quarto, & est certum. *Nec ad ea quæ cum magna difficultate conceduntur, idem* Farinac. in dict. decis. 40. num. 1. & 2. *Omninò videndus, pulchrè* dicta Rota Rom. diuersor. Nouis. part. 3. lib. 2. decis. 225. nu. 2. & 3. decis. 160. num. 2. part. 3. decis. 169. num. 1. *ibidem*, & decis. 582. in antiquis. *Cum verba debent adaptari ad id quod frequētèr accidit, & non ad id quod extraordinariò, & singulari iure contigit, prout mirabilitèr dixit (quamplurima pulchra iura allegando)* Barbat. in consil. 26. num. 28. lib. 1. *sine desidia legendus, quia à solitis valida, est argumentatio*, l. vel vniuersorum, ff. de pignoratit. action. Glos. & Bald. in l. neque natales, C. de probat. Mascard. de probationib. conclus. 1169. num. 5. vel 2. *Et quod solitum est, & fieri, & concessum credimus, sed secus, quod est insolitum, ita pulchrè probat* Text. in can. dilectionis, verb. Quia ante hoc tempus 7. distinct. & text. in l. non omnes, ff. de re milit. *Et solitum est, quod sempèr, vel sepissimè fieri solet, & hoc argumentum à verisimili, solito, & à communitèr accidentibus est validum, & fortissimum in iure (citat.* Mascard. de probat. conclus. 1668. num. 3. vol. 2.) *adeo, vt transfert onus probandi in aduersarium* Gabriel conclus. 15. tit. de præsumption. lib. 1. num. 4. & 5. dict. Rota diuers. nouis. decis. 474. num 11. part. 1. *Sed prædicta omnia, non solum non fuerunt solita concedi à Dominis Regibus, imò nunquam isti, illa concesserunt, aut rarissimè, & extraordinariè (cum quando aliquando, aliquid minimum prædictorū permiserunt, hoc fuit ab eis cōcessum ex gratijs specialibus tātū (prout omnia satis fuerunt supra probata) Ergò vllo modo dicta verba* Omne id, *&c. debent ad præfata referri, tanquam insolita, cū magna difficultate, aut raro, & ex extraordinario, & singulari iure concessa, sed solum ad supra alia tradita, vel saltim hoc ad partem aduersam spectat, & pertinet clarè ostendere, & probare, nempè cum expressis verbis prædictarum gratiarum, quod certè vllo modo prædictus D. Ector facere potest, cum dicta verba contrarium potius incontrouertibilitèr ostendunt, maximè illa:* Obseruabatur, &c. *cum alijs superius ponderatis. Et sic imbecillitas intellecti nostri ignoscit quomodo, per aduersarios cōtrariū prætēditur, & dicitur rem clarā esse in eorū fauorem, sed de hoc tantū non admirati sumus, sicuti quod per dictā Magnam Curiam Vicariæ Regni præfati (quando testamentum prædicti Ducis D. Fabriitij assensu Regio carebat) & per tantos peritos, & Doctissimosque iudices factum prædictum, decretum fuit, & determinatum, ibi:* Necnon Illustr. D. Ectorem Carrafa Ducem Andriæ fuisse, & esse illius hæredem vniuersalem (*nempè Ducis D. Caroli iunioris vltimi defuncti.*) & particularem, tam in bonis FEVDALIBVS, QVAM BVRGENSATICIS VIGORE SVBSTITVTIONIS PVPILLARIS ADIECTÆ IN TESTAMENTO QVONDAM ILLVSTRIS DON FABRITII CARRAFA DVCIS ANDRIÆ, ET VTI TALEM POTVISSE, ET POSSE SVCCEDERE SVPER OMNIBVS BONIS, *&c.* quondam Caroli, TAM FEVDALIBVS, &c. *Quando non solum per dictam* Pragmatic. 4. *nullum ipso iure, tanquam sine Regio assensu, quoad feudalia declaratū extitit in supradictis verbis ipsius, ibi:* Irritum, & inane, *&c. Sed etiam in finalibus verbis*

per

per illam prohibetur ; omnibus Iudicibus sub pœna contrarium facere ; & fieri permittere : ibi: Obseruari, &c. Sic enim nostræ firmæ mentis extitit contrarium minimè tentaturi , aut temerè permissuri (*loquendo de omnibus iudicibus, vt supra, in ipsa legitur*) Si præter iræ, & indignationis nostræ incursum pœnam vnciarum, auri mille cupiunt, euitare. *Et certè nescimus quomodo istam euitare possunt dicti iudices (de quo nobis cognoscere non pertinet) quando contra expressa disposita per dictam municipalem legem Domini Magni Imperatoris D. Caroli V. & omnes alias prædictas decretauerunt , determinaueruntque , cum ad plus per partem aduersam prætendi potest, quod res sit dubia, & obscura valdè & sic declaratione , seu interpetratione digna , & tamen dicta magna Curia , neque aliud Tribunal præfati Regni possunt interpetrare gratias , nec leges Regias , & Regiam mentem , voluntatemque declarare : sed solum prædictis Dominis Regibus priuatiuè & abdicatiuè hoc facere est permissum ; nam solum illius est declarare , & interpetrare cuius est , & condere (prout latè nos supra ostendimus & probauimus). Et sunt iura expressa in* §.& quod Principi institut. de iure natur. gent. & ciuil. l. 1. ff. de constit. l. 1. §. non enim. C. de veter. iure enucleand. (*Cuius aliquod fragmentum in Lateranensi ædæ seruatur,* Anton. de August. de lege Gotofred. in dict. l. 1. de constitut. litt. Q.) & l. ex facto, ff. de vulgar. cap. cum venissent de iudicijs.

Tanto fortius, quod si declarare, & interpetrare prædictas leges de facto volebant, debebant, prout iuris hoc facere, & si dubia prædicta (sicuti clara sunt ex supra traditis) fuissent favore maiestatis vestræ adhuc erant declarãda, cũ verba dubia quæ habẽt variũ significatũ, debẽt intelligi in eo significatu quod est aptior, Barbos. in citat. tract. de clausulis in Axiomat. 222. n. 26. *qui quã multos Authores adducit ; Et sic dicta Relatio* Prout, obserbauatur vsque ad tertium gradũ obseruetur, &c. in quarto, *quæ est aptior, & potest verificari quoad inclusionem, admissionẽ, & habilitationẽ ad successionẽ præfatam tantarum personarum, & comprehensionem , tot casum (nempè , quod omnes collaterales in linea descendenti existentes per dictã relationem , & verba sint comprehensi qui prius erant exclusi , & omnes casus à dicto Domino Imperatore D. Carolo V. contra Regnum præfatum decisi, vt supra, sint in eius favorem determinati) debet verificari , & extendi etiã ad inclusionem, & comprehensionem omnium existentium in linea Ascendente Collaterale (quæ nunquam per relationem , generalitatem verborum , vel per omne aliud præterquam per expressam specificam & indiuiduam ipsius vocationem, & admissionem censetur vocata , & habilitata , etiam quando aliquis gradus vocatus extitit.* Afflict. in c. 11. Imperator Iothar. n. 13. Minodous in decis. 37. n. 9. Rauit. consl. 94. n. 18. *omninò videndi & legendi, quibus addo* Alex. consl. 122. n. 14. vers. secundo adducitur , lib. 4. omninò videndus , quia mirabilitèr loquitur.) *Ac etiam ad facultatem , prius per dictam* Pragmaticam 33 *feudatarijs, Baronibusque præfatis (ex sola gratia expressà, & speciali) concessam vocandi , & disponendi fauore masculorum remotiorum , exclusis proximioribus fœminis , vt supra , & demum ad pupillarem substitutionem , & ad omnia alia prænarrata, & inferius prænarranda. Vnde meritò dicendum est quod per verba prædicta* (Prout obseruabatur vsque ad tertium gradum obseruetur, &c.) *non fuerunt tot, & tanta specialia simul permissa, & gratiæ impartitæ (cum priuilegium vel gratia Principis quæ potest duo, vel multa derogare, vel concedere in dubio debet interpretare, & declarare quod vnum solum concessit , & derogauit, & non plura, pulchrè* Federic. de Sen. consil. 138. Benedictus, n. 2, in fin. versic. ad primum , & seq. *omninò videndus & probatur ex* text. in l. 1. in princip. ff. de fideicommiss. l. apud Iulian. §. fin. ff. de legat. *Sed solum fuit concessa ampliatio fauore personarum comprehensorum in dicto quarto gradu (quæ sunt illæ quæ tantum existunt in dicta linea descendenti collaterali) & nihil aliud, cum per istam declarationem, & interpetrationem , & præfata gratia habet effectũ suum , in omni illo , in quo concessa fuit & non ampliatur in prohibitis , aut non permissis contra mentem , voluntatemque dicti Domini Regis concedentis, & in magnum damnum , interesse, & præiudicium Maistatis vestræ , & omnium aliorum suorum successorum , ac nec etiam tertij , cuius ius nunquam Domini Reges censentur tollere , & præiudicare. Ex quibus omnibus , non iniuridicè , sperant suplicantes , & earum Mater , Paterque , quod per modum legis generalis (sicuti semper practicatum in similibus extitit) à Maiestate vestra (ad quam solum spectat , & pertinet) omnia præfata sint determinanda, & declaranda in favorem* Regij Fisci , *& in consequentiam suplicantium humilitèr prædicta petentium.*

5 *Nam aut Maiestas vestra aliqua ex prædictis minus præiudicialia, in ipsorum favorem declarari dignetur , & in isto casu vltra nouam gratiam , quod eis concederet , à gratitudine ipsorum reciperet , & debita obsequia , & solita donatiua , aut non , & non paruam vtilitatem , suum Reale Patrimonium consequeret , & nobile stimulum , vt maiora faceret , pro prædictis consequendis imponeret Regno præfato , cùm semper ex magnis seruitijs ab ipso præstitis dictæ gratiæ impartitæ fuerunt , prout ex quamplurimis exemplis, & præcisè ex illo dicti Dñi Imperatoris D. Caroli V. colligitur,* in Pragmatica 7. de feudis, *ibi:* Nos attendentes continuam fidem quam erga nos , & maiores nostros vniuersi supradicti tam simul, &c. gesserant animique promptitudinem quo ad nobis inseruiendum semper sunt vsi: Volentes nostram erga ipsos animi gratitudinem ostendere, &c. ita respondere, & decretari iussimus. *Et ex alia Domini Inuictissimi Regis D. Filippi Quarti in dicta* Pragmatica 34. de feudis *clarè hoc etiam patet. Sexto, si de cætero declarationes, prædictarum gratiarum, & interpretatio-*

nes in contingentibus successiuè dubijs non per dominos Reges (prout vsque adhuc) per modum concessionis nouæ gratiæ fierent, sed per modum iustitiæ a dictis Tribunalibus, hoc plus damnum, præiudiciumque quã vtile Regno prædicto, suisque Baronibus esset, ac etiam Maiestatis vestræ, quia illis magis profiguum est hic recurrere, & consueta donatiua dare, ad hoc vt vnica vice tot tantæque causæ, quæ in prædictis casibus, & alijs omni futuro tempore contingentibus, illis occurrere possunt, ex Regia declaratione, determinationeque definiãtur, quam quod magnis laboriosis litibus defaticari; (sicuti semper fecerunt in omnibus vertentibus circa præfatam materiam, cum hic recurrerunt pro gratijs obtinẽdis per modum declarationis ad dominum Regem, sed nunquam ab eis fuit petitum, neque prætensum quod prædictæ de iustitia à suis Tribunalibus determinarentur) prout ex omnibus refertis clarè liquet, & patet etiam in omnibus dictis Pragmaticis de feudis, & signantèr in prima, *ibi*: Dictaque exponens (scilicet D. Catarina Fitigeria) nullatenus intendit litigare, ac iudicium suscipere cum V. Maiestate, ac Fisco propterea pro parte ipsius, &c. humiliter suplicatur quatenus dignetur V. Maiestas intuitu Dei, ac iustitiæ, ac attentis seruitijs prestitis V. Maiestati, &c. & eius antecessores, &c. & postea petijt dictam causam decisionis articuli generalis per modum legis condendæ (prout supra fuit ostensum) declarare sicuti fecit Domina Regina Ioanna, & eodem modo suplicantes humiliter orant, & sperant à Maiestate tua fieri debere, Cum certum sit quod multo plus feudatarij prædicti impenderent, & laborarent pro dictis litibus de iustitia derimendis; quam pro istis per nouam gratiam finiendis ab amplissima munificentia & immersa liberalitate maiestatis vestræ, ad quam etiam magis esse profiguum suplicantium paruolo ingeniolo non incongrue videtur pro cõcessione ipsarum dona accipere (quæ sunt plusquã triginta) nẽpe vndecim cẽtu millia pro qualibet, & plus. Sicuti patet in multis locis, & pro minoribus gratijs habẽdis à Regno præfato factũ extitisse, & signantèr in cap. domini Regis D. Filippi II. de anno 1577. *incipiens* recognoscimus, & s fol. mihi 178. *ibi*: In primis essa fidelissima citta, Baronaggio, è Regno, nel parlamẽto cõgregato, nel 1572. per il seruitio DI VN MILLIONE, E CENTO MILLIA DVCATI DA V. MAESTA GIA GODVTO fuit suplicata del infrascritto capitolo, &c. Et sic nouas gratias concedere si placet aut non concedere quam præcipere, quod de iustitia in infinitibus casibus successiuè contingentibus omnia prædicta per immortales, & præiudiciales lites definiantur. Sed hoc quo ad pertinẽtia determinationem dictorum articulorum generalium per modum legis, vt supra; secus verò quo ad dictam causam Ducatus Andriæ particularem; quia pro ista solum suplicantes reuerenter, & humiliter petunt quod mandare maiestas vestra dignetur, quod cum Fisci interuentu (prout iuris est sicuti supra, & infra) in illis Tribunalibus Regni præfati tractetur, vbi fuit consuetum similes tractari. Septimo, aut per exemplum causæ prædicti Ducatus preiudicium infertur Fisco de cætero aut non, si infertur; (cum obseruantia subsecuta facit, vt secundam eam iudicetur in posterum Becc. consil. 101. num. 49. Socin. consil. 149. num. 2. lib. 1. Molfes. ad consuet. Neapolitan. quæst. 18. num. 2. Moneta de conseruatione, cap. 6. num. 28. & cap. 9. num. 80. Roman. consil. 271. num. 4. Sesse decis. 230. n. 9 at quia Priuilegia, gratiæ, seu concessiones secundã obseruãtiam subsecutam declarantur, & interpretantur, Fontanel. decis. 457. num. 4. lib. 2. & ibidem decis. 479. num. 6. Cur iste in decisione ipsius interuenire ad suum præiudicium & damnum occurrendum non debet; (tanto fortius quod iam per dictũ decretũ M.C.V. fuerunt omnia prædicta cõtra ipsum decisa vt supra) cum melius est ante factum occurrere quam post factum & vulneratã causam remediũ per lites quærere, aut non infertur; & cum nunquam, omni tempore futuro præfati feudatarij certi, & sicuri extarent de prædictis quia in alijs causis; quæ euenire, & contingere millies possunt, eis opus esset cũ dicto Regio Fisco, & maiestate tua lites habere, & sic rationabiliter videtur quod dictis Barodibus, & dicto D. Ectori etiã magis cõgruũ & expediens est, quod nunc per vestrã Regiã declarationem in ipsorũ fauorẽ, aut contra prænarrata decidantur quam non: ad hoc vt in futurum sciant quid facere debeant, & possunt ad finem euitandi eorum descendentibus, hæredibusque quæstiones, & controuersias quæ eis contingere possunt: cum parentibus, & antecessoribus interest posteris, liberisque suis, lites non relinquere. Octauo si Patruus magnus. (sicuti est prædictus D. Ector) Amita Magna, Auũculus magnus, Matertera magna, & omnes alij similes in dicta linea ascendenti collaterali existentes in dicto quarto gradu inclusiuè habilitato, & admisso ad feudorum successionem per præfatam gratiam de 1655. (sicuti vllo modo ex supratraditis sunt) non essent comprehensi Ac nec etiam Auunculus, & Matertera (qui vsque adhuc, & si in tertio gradu existũt nunquam in feudis successerunt; sed nunc si prædicta in fauorem D. Ectoris determinarentur, concederenturque absque vlla quæstione ad præfatã sucessionẽ habiliti extarent.) Certè quod omni tempore successiue infinitæ feudorum deuolutiones vestræ Regiæ Curiæ euenirent; prout in casu nostro contingeret si suplicãtes, & earum mater in humanis non extarent; attamen secus esset, si comprehenderentur; & tamen ex hoc solum incontrouertibiliter magnum; & præsentaneum præiudicium, interesseque vestro Regio Fisco; & patrimonio euenit; & si eius executio in futurum protrahatur in quantum ad dictas deuolutiones (sed in quantum ad alia est præsens, & formatum vt supra ostensum fuit) quia negari non potest, quod ex determinatione in dicta causa facienda iunctis Aulis à tam magno Tribunale (sicuti est dictum Sacrũ Neapolitanum Consilium cuius decisiones in præfato Regno legem faciunt) ius suum deterius fit; maximè stãte scientia, ac tollerantia maiestatis vestræ & huius supremi Italiæ Senatus, vt supra, cum in determinationibus aliarum causarum consimilium; quæ in dies contingere, & euenire possunt in toto dicto Regno pro exemplo traheretur. Nono, cum sit certum quod in prædicto casu, in dies successiuè possibile dictus Ducatus

An-

Andriæ cum feudis suis ad Regiam Curiam deuoluere, & decadere potuisset, & in omni tempore futuro innumerabilia alia, si solus Patruus magnus in dicto quarto gradu inclusiuè ad successionem prædictam admisso comprehensus, non fuisset; prout non est) quando solum dicta feuda, de quorum successione ad præsens agitur, valent plusquam octocentum millia nummos aureos. Quid si omnes ascendentes collaterales, & alij in dicto gradu existentes? (præter patrueles, Amitinos, & consobrinos, qui solum sunt per dictam gratiam habilitati, & vocati) & præcisè, quando prima feudorum acquisitrix fuisset fœmina, sicuti in præsentiarum, quoad feudum Corati euenit, cum D. Francisca la Noya fuit prima, quæ illud acquisiuit quia in isto casu nec etiã dicti patrueles, Amitini, consobrini, nec alij in dicto quarto gradu existentes, sunt ad præfatam successionem per dictam gratiam comprehensi (prout alibi magis clarè & euidenter nos demostrabimus) non essent ad successionem prædictam admissi, sicuti iuridicè, & re vera ex supradictis) non sunt. Nam de inclusione & comprehensione plusquam triginta personarum non comprehensarũ, ad præsens agitur, propterea tractatur non solũ de indecibile damno Regij Fisci sed de præiudicio tam magni ponderis Maiestatis vestræ, quod vsque adhuc nunquam maius tractatum fuit, nec in futurum in Regno præfato contingi, & tractari poterit; & tamen pretenditur (O Bone Deus!) quod in negotio tam arduo, Maiestas vestra non potest, nec debet suam Regiam mentem, intentionem, & voluntatem declarare & quod nec etiam audiri & vocari debet Regius Fiscus (de cuius re agitur) ad hoc vt dicat, si habet, vel non interesse in causa prædicta. Et sic ex omnibus prænarratis, & alijs quam plurimis (quæ sub silentio inuoluuntur, & remanent) quid determinandum sit in præsenti causa; & quantum, & quale sit præiudicium Maiestatis vestræ dignosci potest tanquam, EX VNGVÆ LEONEM.

D. Franciscus Brunus Brancacius,
V. I. D.

Don Fabricio Carrafa, Conde de Ruvo, Primero Adquiridor del Ducado de Andria, Casô CON D. N. N. y tuuieron en hijo

D. Antonio Carrafa, Duque de Andria, y Conde de Ruvo, casô con D. Francisca de la Noya, y fueron los primeros adquiridores de la tierra de Quarata, tuuieron en hijo

D. Fabricio II. Carrafa, Duque de Andria, Conde de Ruvo, Señor de Quarata, &c. casô con D. N.N. tuuieron en hijos

D. Carlos Carrafa, Senior Duque de Andria, Conde de Ruvo, Señor de Quarata, y Castillo del Monte. &c. casô con D. N. Vrsino, y tuuieron en hijos.

D. Hector Carrafa, que pretende suceder en dicho Estado de Andria.

D. Fabricio III. Carrafa, Duque de Andria, &c. que casô con D. N. Carrafa, y tuuieron en hijo.

Doña Emilia Carrafa, q̃ està casada cõ D. Domingo Marcio Carrafa, Duque de Madalun, y tienen en hijos

D. Carlos Carrafa Iunior, Duque de Andria, &c. que muriô sin hijos in pupillari etate, de cuius sucessione hodie agitur.

Doña Antonia, y Doña Catalina Carrafa, viuientes.

PRAGMATICA IV.

RECognoscimus, & notum facimus tenore præsentium, vniuersis, quod cum Nos superioribus diebus, non nullis iustis rationibus, animum nostrum ad id mouentibus, concessiones assensuum ad vendendum, donandum, obligandum, seu aliter quomodolibet DISPONENDVM de, & super bonis FEVDALIBVS in Regno nostro Siciliæ citerioris, Nobis, & nostris in eo Regno SVCCESSORIBVS EXPRESSE RESERBAVIMVS statuimusq; nè deindè Viceregibus, aut Locũtenẽtibus nostris huiusmodi assensus, Nobis inconsultis, concedere fas sit, prout in quodam capitulo literarũ desupèr expeditarum in Oppido nostro Bruxellarũ die 15. mensis Martij anni præsentis 1531. latius cõtinetur. Deindèq; à Sacro nostro Collaterali Cõsilio in eodẽ Regno residenti accepimus, multum in commodi, ac damni ex huiusmodi nostra generali reseruatione, & prohibitione subditis nostris prædicto Regno euenire, cũ nihil aliud ferè habeant, vndè mutuo inter se tractare possint, quam bona feudalia. Nosquè longiori locorum, ac temporum interuallo ab eo Regno disiuncti simus, quam vt absquè ingenti rerum suarum iactura pro impetrandis huiusmodi assensibus ad Nos venire, aut mittere possint: Proptereàque a Nobis petierint, vt eam facultatem, vt præmittitur ablatam ipsius Viceregibus, & Locumtenentibus nostris, qui pro tempore erunt, & Sacro nostro Collaterali Cõsilio, sub certis tamèn LIMITATIONIBVS in literis suis expressis concedere dignaremur. Nos igitur, qui subditorum nostrorum commodis æquè, atquè nostris afficimur. Tenore præsentium, motũ proprio, ex certa nostra scientia, animo deliberato, & Sacri nostri Regij penès Nos assistentis Consilij matura deliberatione præhabita, & Regia authoritate nostra, atquè potestatis plenitudine eisdem Viceregibus, & Locumtenentibus nostris Generalibus, & Sacro nostro Consilio in dicto nostro citerioris Siciliæ Regno institutis, & instituendis, auctoritatem, facultatem, atquè omnimodã potestatem, & vices nostras Regias, quo ad aliud à Nobis decretum,



&

& ordiñatum fuerit, concedimus, vt noſtris vice, ac nomine, poſsint, & valeant quibuſcumque alienationibus, vendirionibus, obligationibus ſuper bonis feudalibus faciendis aſſentire, his tantum exceptis.

1 Vbi bona Feudalia ad Eccleſiam, Monaſteria, vel Vniuerſitates deuenire poſſent.

2 Vbi is, qui de bonis ſuis feudalibus diſponit, aut tractat, certo, ac legitimo ſucceſſore careat qui iuxta CONSTITVTIONEM REGNI IN FEVDO SVCCEDERE DEBERET.

3 Vbi feudi alienatio fit in eum, qui aut ipſe parum Fidelis fuerit, aut à non Fidelibus originem trahit.

4 Vbi natura feudi MVTATVR, ſucceſſorem extra TERMINOS CONSTITVTIONVM REGNI INSTITVENDO.

5 Vbi feudum, quod ab vno tenetur, in duos tres, vel plures, inſolidũm, aut pro parte, vel reſeruato vſufructu, vel dominio transfertur.

6 Vbi TESTAMENTO, VEL CONTRACTV ADEST SVBSTITVTIO.



7 Vbi maxima pars feudi, vtputà medietas, aut tertia, vel quarta pars alienatur.

8 Vbi, qui feudum poſsidet ad beneplacitum noſtrum, id ad alium, ſeù alios transferre vult, vt mutata perſona beneplacitum ſublatum eſſe videatur.

9 Vbi Principatus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aut Baronia, ſeu quoduis aliud magni momenti feudum alienatur; conſentire, & aſſenſum noſtrum Regiũ præſtare poſsint, & valeant, ſeruatis ſupradictis conditionibus, & dummodò in literis deſupèr expediendis; hæc verba apponantur.

10 Volumus tamen, quod dicta bona feudalia obligata eſſe cenſeantur tantùm in defectu bonorum allodialium, ſeù burgenſaticorum ſupplicantis, ſeù ſupplicantium, vel illius partis, ad cuius ſatisfactionem bona ipſa allodialia, ſeù burgenſatica non ſufficerent, & non vlterius, quodque bonis ipſis allodialibus, vel burgenſaticis exiſtentibus pro ea quantitate, ad quam aſcendent, bona feudalia nullatenus obligata eſſe, nec præſens aſsenſus deſupèr præſtititus cenſeatur, & quatenùs ritè, rectèque proceſſerint partes, quæ tanguntur, naturaque feudi in

ali-

aliquo non mutata, fidelitateque Regia, feudali quoquè seruitio, & adoha, Regijque alijs, & alterius cuiuscumquè iuribus semper saluis. Decernentes irritam, atque inane quicquid secus, non seruatis conditionibus quomodocumque in omnibus, & singulis suprascriptis, factum fuerit. Mandantes dictis Viceregibus, & Locumtenentibus nostris in dicto citerioris Siciliæ Regno institutis, & instituendis, cæterisquè vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris, maioribus, & minoribus, quocumquè nomine nuncupatis, officio, titulo, auctoritate, dignitate, & potestate fungentibus præsentibus, & futuris, & Vicereges, & Locumtenentes ipsi, Sacrumque Collaterale Consilium in ipsorum assensuum concessione, seu præstatione omnia supra contenta inuiolabiliter seruent, cæterique omnes, & quoscumque assensus modo, quo permittitur concedendos teneant firmiter, & obseruent, tenerique, & obseruari faciant, atque mandent, per quos decet: sic enim nostræ firmæ mentis existit, contrarium minimè tentaturi, aut tentari permissuri, si præter iræ, & indignationis nostræ incursum, pœnam vnciarum auri mille cupiunt euitare. Dat. in Oppido nostro Bruxellis, die 17. Octobr. anno á Natiuitate Domini 1531. Yo el Rey. Vidit Perrenotus, pro Prothonatar.. Sac. Cæs. & Cath. Maiest. mandauit mihi Alphonso Valdesio. In Cur. 8. fol. 214.

Instituisco, e con la mia propria bocca nomino ordino, e fo mio herede vniversale, e particulare D. Carlo Carrafa, Conte di Ruuo mio. benedetto figlio sopra tutti, & qualsiuoglia miei beni mobili, & stabili burgensatici e feudali titulati, censi, annue intrade, e nomi de debitori & altre qualsiuogliano raggioni douunque siano siti e posti, & à me in qualsiuoglia modo spettāti è che per la auenire mi potessero spettare. Pero voglio che morendo, quod absit detto Conte mio figlio in pupillari ætate, ò quandocumque senza figli in detti miei beni cossi feudali Come Burgensatici succeda e debbia succedere il signor D. Ettorre Carrafa, mio carissimo zio tanto maggormēte, che la signiora D. Emilia Carrafa, Duchessa di Mataluni mia sorella nelli suoi capituli matrimoniali ha promes-

Clausula del testamēto del Duque D. Fabricio iij.

messo renunciare anco con giuramento in amplissima forma tutte, e qualsiuogliano successioni, è beni cosi feudali, e titulati Come Burgēsatici anco à beneficio del signor D. Ettorre mi zio, e suoi descendenti.

Clausula q̃ pasó teniēdo la inualidad de la substitucion pupilar en los feudos el Duque D. Fabricio iij.

Et a maggior cautela quatenus la detta substitutione sopra li detti beni feudali, e titulari à fauore del detto signor Don Ettorre potesse patire qualche difetto, &c.

Sottoscripcion del Padre Bõbino; por la qual parece la nulidad de el testamento susodicho.

Io Padre Girolamo Bombino, della Compañia di Giesu per nome, è parte del signior D. Fabricio Carrafa, Duca de Andria, dico questa essere la sua vltima volunta, de ordine, e volunta del medisimo signor Duca.

Fee del compromisso hecho entre la Condesa de Conuersano, y Principe de la Rocca del Aspido, por la qual parece q̃ no se puede hazer substitucion en los feudos, ni elegir el varon remoto, escluyda la hembra mas proxima.

Fo fede io Notar: ZioBautista delle Auersana di Napoli qualmente tra le altre cose contenute nell instrumento di compromisso fatto per la signora Doña Isabella Filomarino, Contessa di Conuersano interueniente tanto per se quanto in nome, e parte del signor Girolamo Acquauiua suo nipote, per quel che à detto signor Conte spetta da vna parte, & il signor Francesco Filomarino, Principe della Rocca delle Aspido dall altra parte in persona delli signori Dottori Vincenzo Raitano, & Diomede Petronzo eletti per detti signori Contessa, & Conte, e nelli Dottori, signori Don Alvaro della Quadra, & Amato Danio, eletti per detto signor Principe, per la successione cosi delli Burgensatici, Come delli feudali del quondam signor Tomasse Filomarino, predecessor Principe de la Rocca delle Aspido padre di detta signora Contessa, è fratello del quõdam signor Marco Antonio Filomarino all hora Duca di Perdifumo, Padre di detto signor Hodierno Principe, rogato per mano mia à 16. de Decembre 1671. in esso instrumento di compromisso vi e inserito il tenor del laudo promulgato sopra dette differenze per lo Excellentissimo signor Conte de MonteRe, all hora Vicerè in questo Regno del tenor sequente.

Al ſeñor Regente Marques de Campi, auiendo la ſeñora Condeſa de Conuerſano, y el Duque de Perdifumo cõprometido las diferencias que entre ellos verten, ſobre la herencia del Principe de la Rocca, en perſona de S. E. auiendo viſto los pareceres de los Doctores Carlos Brancacho, y Partenio Petaña, con la conſulta de V. S. y del Preſidente Vicente Corchon en cuyas perſonas concurrieron entrambas partes, deſpues de oydo los Abogados de dichas partes, he ſido ſeruido de hazer la ſiguiente declaracion, que al dicho Duque de Perdifumo pertenecen los Burgenſaticos, y à A LA SEÑORA CONDESA DE CONVERSANO, EL FEVDAL, con que en los peſos ordinarios contribuyan pro es, & libram, y que por el peſo del prelegato. la dicha Señora Condeſa, contribuya tan ſolamente por treinta y cinco mil ducados, quedando libres los feudos del grauamen de los cien mil ducados, y auiendoſe leydo el dicho laudo en preſencia de las partes, y acetado, y dado la palabra ſub verbo, & fide Regia de obſeruarlo, iuxta la ſua ſerie, continencia, y tenor de la manera que và incluſa, en execucion de lo ſuſodicho, por las conueniencias que ay del ſeruicio de ſu Mageſtad, que entre las dichas partes no aya diferencia ninguna, es ſeruido, que V.S. dè luego la orden, ſe neceſsite, para que en la dicha conformidad ſe eſtipulen las cautelas, con las demás que fuere meneſter, por la total concluſion, y execucion del dicho laudo, y aſsi lo auiſo a V.S. para que en la dicha manera lo diſpõga: Dios guarde a V.S. Palacio a 14. de Mayo 1632. El Duque de Caiuano.

Viglete que embia el Conte de Monte Rey, à la ſazon Virrey del dicho Reyno de Napoles, en quien las dichas partes comprometieron promulgãdo el laudo que hizo.

Vt de dicto inſtrumento rogato manu mei apparet, cui me refero, & in fidem ſignaui requiſitus, &c. Locus ſigni, &c

Al [illegible]

[illegible] V. [illegible] Conde [illegible]

[illegible] NVE [illegible]

[illegible] dicho lugar [illegible] y [illegible] la [illegible]

[illegible] de la Magestad [illegible] en dicha parte no aya [illegible] que V. S. [illegible] orden de [illegible] para que en la [illegible] conformidad [illegible] con las demas que [illegible] del dicho lugar [illegible] V. S. [illegible] para que [illegible] la dicha materia [illegible] Dios guarde a V. S.

Palacio a [illegible] de Mayo 1622. El Duque de Cardona.

V. [illegible]



TRà l'altre gratie dimandate alla Maestà del Rè N. Signore nel Parlamento Generale conuocato à 18. di Febraro 1617. dall'Eccellenza del Signor D. Pietro Girone Duca d'Offuna Vicerè, e Capitan Generale in questo Regno di Napoli, e cóceſſe dalla Maeſtà Sua per ſuo Real Priuileggio, ſpedito in Madrid à 13. d'Agoſto 1622. & eſecutoriato dal Reg. Collaterale à 30. di Maggio 1623. nel tēpo del gouerno dell'Eccellenza del Sig. Duca d'Alba Vicerè in queſto Regno, vi è l'infraſcritto capitolo, come ſegue, v3.

Item queſta Fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno, hauendo l'anni paſſati ſupplicato V.M. ſi foſſe degnata cócederli gratia di poſſere diſponere delli loro beni feudali à beneficio de maſcoli della loro fameglia, ancorche vi fuſſe femina più proſſima al diſponente, reſtò ſeruita concederla, come dall'incluſo capitolo, e decretatione di V.M. appare ☞ Item queſta Fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno conoſcēdo con quāta facilità li ſtati, e feudi, tanto titolati, quanto non titolati, quaternati, e nó quaternati in molto tempo con molte fatiche, e ſeruitij acquiſtati; in vn punto ſi perdono dalle proprie famiglie dell'acquirenti, ſuccedendo in eſſi le donne, le quali ſi caſano in fameglia aliena; ſupplicano la M. V. ſi degni habilitare li preſenti feudatarij, e futuri titolati, e non titolati; e quelli che non haueſſero feudi quaternati, che di loro feudi, e ſtati poſſano tàm in actu inter viuos, quàm in actu vltimæ voluntatis diſponere delli detti feudi, e titoli in beneficio di quel maſcolo delle loro fameglie; quali nel tempo delle diſpoſitioni ſuccederia, non eſſendoci femina in proximiori gradu, non obſtante che ci foſſero donne ſimilmente in gradu ſucceſſibile, & proximiori, alle quali donne poſſa detto feudatario ſopra detti ſuoi ſtati, e feudi, ſtabilire quello tanto li parerà per ſua dote, ò eſſendo maritata per amoreuolezza diſponerle, e laſciarle, ſopra le quali diſpoſitioni per il preſente Capitolo ex nunc, prout ex tunc s'intenda dato il Regio Aſſenſo, e beneplacito della M.V. con dichiarare, che per tal diſpoſitione gli feudi, e ſtati predetti reſtino come feudi, e ſtati antichi, & hereditarij, à riſpetto delli quali feudatarij ſi ſupplica la M. V. che per queſto non ſi proroghi la ſucceſſione più di quella, che ſi contiene nelle Conſtitutioni, Capitoli del Regno, e gratie fatte da V. M. ſarà queſta gratia à queſta Fideliſſima Città, Baronaggio, e Regno d'infinitiſſima ſodisfattione; & al ſuo Real Patrimonio non apportarà

danno

danno alcuno: atteso, che come succederia la femina, succederia il mascolo, nè meno si causeria molto danno alle dette femine, possendo hoggi il feudatario grauarle sopra il feudo, vsque ad valorem feudi, e si euitaranno molte cautele inuentate per simile dispositione; quali hanno partorito à gli suoi fidelissimi sudditi infinite liti, dispendij, aggrauij, & intrichi à gli Regij Tribunali. Placet suæ Regiæ, & Catholicæ Maiestati, quo ad feuda hæreditaria ☞ Quale gratia si bene non fù registrata, infra l'anno conforme alla Prammatica di questo Regno; per dispensa del Vicerè fù poi registrata. Supplicano però V. M. si degni confirmare, e di nuouo concedere la detta gratia, con dichiaratione anco, e di nuouo concederli, che quella s'intenda in tutti gli feudi predetti, tanto nuoui, quanto antichi, tanto acquistati, come acquirendi, e che la predetta dispositione trà viui, ò per vltima volontà possa farsi à beneficio di persona della fameglia, ancorche non fosse in gradu successibili, essendoui però la femina in gradu, tanto in linea descendenti, ò ascendente, quanto anco in linea transuersale; ancorche il detto mascolo nominando fosse preceduto da altri in grado, ò pur per ragione de primogeniture, e questo s'intenda non solo quando li feudatarij hauessero femine per loro successione, mà mascoli descendenti da femine, che non fossero della fameglia d'essi feudatarij, poiche in questo non si fà pregiuditio alcuno alle ragioni del Regio Fisco, mentre tutti gli casi predetti s'intendono quando vi sia successore mascolo si muta la persona del successore, acciò gli beni feudali si conseruino nelle fameglie, e che detta gratia s'intenda non solo à rispetto delle persone, essistentino à tempo della dispositione, mà anco di quelle, che haueranno da succedere dopò la dispositione in futurum, purche nel tempo si deferisca la successione alli futuri successori, vi sia il mascolo, ò femina in grado successibile all'vltimo descendente. Placet suæ REGIÆ, ET CATHOLICÆ MAIESTATI. Dictam gratiam, prout in alijs Parlamentis concessa fuit; confirmare.

PRAGMATICA XXXIV.

ILlustribus, Spectabilibus, & Magnificis Viris huius Regni, Magno Camerario, Prothonotario, Magistro Iustitiario, eorumq; Locumtenentibus deputatis, S.C.R. Præsidentibus, & Rationalibus Regiæ Cameræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnę Curiæ, Vicariæ, Scribæ Portionum, Thesaurio Generali, seu id officiũ Regẽti, aduocatis quoque, & Procuratoribus Fiscalibus, cæterisque demũ vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis Regijs maioribus, & minoribus quocũque nomine nuncupatis, titulo, officio, authoritate, & potestate fungentibus, tàm præsentibus, quàm futuris, ad quos, seu quem spectabit præsentes peruenerint, & fuerint quomodolibèt præsentatæ, Regijs fidelibus dilectis gratiam Regiam, & bonam voluntatem: Nouerint qualitèr fuit nobis præsentatum infrascriptum Regium originale Priuilegiũ S.M. tenoris sequentis, videlicèt PHILIPPVS DEI GRATIA, Rex Castellæ, & Aragonũ, Legionis, vtriusque Sicilię, Hierusalem, Portugaliæ, Vngariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valenciæ, Galleciæ, Mayoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Corduba, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbij, Algebiræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum Orientaliũ, Occidentalium, Insularum, ac Terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Aspurgij, Flandriæ, Tirolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritaniæ, Marchio Oristani, & Goceani. Vniuersis, & singulis præsentium seriem inspecturis, tàm præsentibus, quám futuris. Cùm vna ex præcipuis virtutibus, quæ principum animos illustrat, ac subditos sibi conciliat, si erga vniuersos exercere munificentiã, lõgè tamen tunc fulget, cum ipsum in subditos conferunt, qui in pacis, belli euenta viribus; & posse numquam Regibus suis, operam fidelissimam valde gratam nauare destiterunt: Cum igitur Vniuersitas, & Nobiles Viri Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones Magnificæ, & Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostri Neap. Nobis humiliter suplicauerunt, & habita ratione meritorum, & obsequiorum suorum, vbique temporum, vt locorum Nobis strenuè, & fidelitèr exhibitorum, & præsertim in seditionibus ipsius Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostræ Neapolis, non nulla nostræ Regiæ munificentiæ signa, horum testimonio, & cunctorum ornamento ostendere dignaremur, exhibito Nobis super indè supplici libello tenoris huiusmodi, videlicèt. Señor. La Ciudad de Napoles, y Baronaje de aquel Reyno, dizen, que quando embiaron à los Reales pies de V.M. al Ge-

ne-

neral Luis Poderico, à representar la singular fineza, con que la Nobleza auia mostrado su incomparable amor, y fidelidad a la Real Corona de V.M. en los tumultos; y juntamente suplicar à V.M. algunas mercedes, que testifican su Real gratificacion, se siruiò V. M. de hazerles algunas, entre las quales es vna la ampliacion, y extẽsiõ de la sucesiõ en los feudos hasta el quarto grado inclusiuè, siendo varones descendientes del primero Adquirente. Y la otra, que cada feudatario pueda fundar mayorazgo en sus Feudos; el sumario de las quales mercedes auiendose embiado à las Plazas, se concluyò por ellas se diessen à V.M. humildes gracias, y juntamente se suplicasse à V.M. se siruiesse de mandar se le diesse el despacho de las dichas mercedes, y que en quanto à la primera se comprehendiessen tambien en ella las hembras descendientes de varones, ò de hembras, y los varones descendientes de hembras, ò de varones, que se hallassen en el dicho quarto grado, estando siempre ciertos los suplicantes de la Real benignidad cõ que V.M. les ha de hazer en todos tiẽpos las mercedes muy cumplidas, y con la interpretacion mas fauorable, como particularmente lo esperan de la Real Grandeza de V.M. en este caso, que toca à la conseruacion de las casas, y familias, que en todas ocasiones, como por lo passado han de gastar vidas, y haziendas en su Real seruicio, en esta misma conformidad acuden de nueuo à los Reales pies de V.M. y con todo rendimiento suplican à V.M. se sirua de mandar se dè el despacho de las dichas mercedes en toda forma, y que en quãto à la dicha ampliacion del grado, se declare, y expecifique, que se entienda concedida hasta el quarto grado inclusiuè, comprehendiẽdo

assi à los varones descendientes de hembras, ò de varones, como à las hembras descendientes de varones, ò de hembras, que se hallassen en el dicho quarto grado, habilitandolas a dicha succession indistintamente, de manera, que todo aquello que acerca de la succesiõ de los feudos se guardaua en el tercero grado, se aya de guardar en beneficio de los comprehendidos en quarto, assi varones, como hembras, derogando en esta forma a qualquiera Prematica, Constitucion, ò otra qualquiera Ley Real, ò municipal en el Reyno, q̃ incluye el dicho quarto grado, que con esto conseguiràn el efecto de la Real intẽcion de V.M. que ha sido ampliar la sucession de los feudos, hasta el dicho quarto grado inclusiuè, y en beneficio de varones, y hembras, que demas de ser interpretacion de la Real merced de V.M. la recibiràn por nueua de su Real Grãdeza, &c. Nos verò præ oculis habẽtes præstantissimã, & inconcussã, fidem, ac promptiorẽ prædictorũ Nobiliũ Virorũ Fidelissimæ Ciuitatis, & Regni nostri Neapolis erga Nos animi affectũ, vtque tantorũ obsequiorum aliqua in parte meminisse videamur, ac propensũ animũ erga ipsos demõstraremus prout in dies id facere conabimus, easdẽ petitiones libẽter accepimus, & expe

ri iussimus. Tenore igitur præsentiũ ex certa sciẽtia, Regiaque autho ritate nostra, deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali naturaq; Sacri nostri Consilij Supremi accedẽte deliberatione, Præfatis Nobilius Viris Fidelissimę Ciuitatis, & Regni nostri Neapolis cõcedimus ampliationẽ, & extẽsionẽ prædictã in successionibus Feudorũ eodem met modo, & forma in præinserto supplici libello cõtẽtis, ac prout ab ipsis est supplicatũ: Ita quod omne id, quod circa successionẽ feudorum obseruabatur, vsque ad tertiũ gradũ obseruetur, & obseruari debeat in beneficium comprehensorum in quarto gradu, tã virorũ, quam fœminarũ; derogãtes, prout præsentiũ serie derogamus, cuique Pragmaticæ, Cõstitutioni, aut alteri legi, Reali, seù municipali prædicti nostri citerioris Siciliæ Regni, quæ excludat ampliationẽ prefatã, ac insuper cõcedimus prædictis viris Nobilibus, quod quilibet eorũ possit fundare Maioratus in suis feudis, infra terminos tamen successionis permissæ, vt supra, ità vt restitutionis, seu Fideicommissi onus vlterius in detrimẽtũ iuris deuolutionis Nobis, & nostræ Regiæ Curiæ cõpetẽtis nõ procedat, decernẽtes, & volẽtes, vt deinceps præsẽtes gratiæ nostræ ab omnibus perpetuò obseruẽtur, & obseruari debeãt. Illustribus propterea, Spectalibus, Nobilius, Magnificis dilectis Consiliarijs, & fidelibus nostris Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo Generali, nostro Magno Camerario, Protonotario, Magistro Iustitiario, eorumque Locumtenentibus, Sacro nostro Consilio Castri Capuanæ, Præsidẽtibus, & Rationalibus Cameræ nostræ Sũmariæ, Regẽti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ Scribæ Portionũ, Thesau rio nostro Generali, seu id officiũ Regẽti, Aduocatis quoq; & Procura toribus Fiscalibus, cæterisq; demũ vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus quocũq; nomine nũcupatis, titulo officio, authoritate, & potestate fungẽtibus, tã præsentibus, quã futuris in eodẽ Regno cõstitutis, & cõstituẽdis, dicimus præcimus, & iubemus, quatenus forma præsentiũ, & præinsertarũ petitionũ, & gratiarũ per eos, & eorũ quẽlibet diligẽter inspecta, ea omnia, & singula prout ad vnũquẽque ipsorũ spectat respectiuè, teneant firmitèr. & obseruari faciãt, per quos deceat, iuxtà earũ seriẽ, continẽtiã, & tenorẽ, omni dubio, difficultate, & impedimẽto cessãtibus, ita vt prædicti Viri Nobiles, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones prędictę Fidelissimę Ciuitatis, & Regni Nostri Neapolis huiusmodi gratijs per Nos cõcessis liberè fruãtur, & gaudeãt, & nõ cõtrafaciãt fieri, vt permictant ratione aliqua, siuè causa, quatenus Officiales, & subditi nostri prędicti gratiã nostrã charã habent, ac preter iræ, indignationes nostræ incursum, pœnã ducatorũ mille, nostris inferendorum AErarijs cupiũt euitare, in cuius rei testimoniũ præsentes fieri iussimus nostro magno negotiorũ prefati citerioris Siciliæ Regni sigillo impẽdenti munitas. Datum in domo nostra del Buen Retiro, die vigesima

ſima tertia menſis Iulij, anno à Natiuitate Dñi. milleſimo ſencẽteſimo quinquageſimo quinto, Regnorum autẽ noſtrorũ anno trigeſimo quinto. YO EL REY. Vidit Marchio de Velada Protonotario, & Magno Camerario. Vidit Sobremente Reg. Vidit Comes de Mora Conſiliarius. Vidit Anzalone Regens. Vidit Trelles Reg. Vidit Oca Regens. Dñus. Rex mandauit mihi D. Innigo Lopez de Zarate. Soluat ducatos quadraginta octo. Zarate pro Taxatore. In priuilegiorũ Neap. 31. fol. 148.

Supplicatum propterea Nobis extitit pro parte Spectabilium Electorum huius Fideliſsimæ Ciuitatis, quatenus de dicto præinſerto Regio Priuilegio Regias exequutoriales litteras ſibi expediri facere benignus dignaremur noſtraque volentes, vt tenemur Regijs obedire mandatis tenore præſentium præcipimus, & mandamus omnibus ſupradictis, & eorum cuiuslibet inſolidum, quatenùs actentis per eos forma, & tenore dicti præinſerti Priuilegij illam, & illum prædictis Spectabilibus Electis, & prædictis Viris Nobilibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus prædictę Fideliſsimæ Ciuitatis, & Regni ad vnguem, & inuiolabiter obſeruent, & exequantur, ac exequi, & obſeruari faciant, per quos decet, iuxta illius ſeriem, continentiam, & tenorẽ, & contrarium non faciant, pro quanto gratiam præfatæ Maieſtatis caram habent, pœnamque in dicto præinſerto Regio Priuilegio præappoſitam cupiunt euitare, in quorum fidem hoc præſens Priuilegium fieri fecimus magno præfatæ Maieſtatis ſigillo pendenti munitum. Dat. Neap. in Regio Palatio die ſexta menſis Octobris milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo quinto. El Conde de Caſtrillo. Vidit Garcia Regens. Vidit Soto Regens. Vidit Burgos Regens. Vidit Martinez Regens. Dominus Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Donato Coppola Secret. In officiorum S. M. 23. fol. 23. Ioſeph Barrilis Regius à mandatis Scriba.